This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

UC-NRLF
$B 311 005
YB 38285

1045

LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LET THERE BE LIGHT
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
ORGANIZED 1868

JANE K. SATHER
LIBRARY FUND.

ACCESSION .....

CLASS .....

T. CALPVRNII SICVLI

ECLOGAE.

AD OPTIMOS CODICES ET EDITIONES

RECENSUIT

ET

ANNOTATIONIBUS CRITICIS

INSTRUXIT

C. E. GLAESER.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF
CALIFORNIA

GOTTINGAE,

SUMPTIBUS DIETERICHIANIS.

1842.

PA6271
C2
1842

SATHER

PRAEFATIO.

Casu quodam ad legendas diligentiusque pertractandas Calpurnii Eclogas delatus cum intellexissem, materiam in iis praeberi non prorsus contemnendam et ad ingenium exercitandum aptissimam, plus operae, quam fortasse multis aequum uidebitur, his carminibus perscrutandis atque emendandis nauaui: neque tamen omnino frustra eam a me positam esse spero. Sane tenuem locum studiis meis illustrandum suscepi, nec qui comparari possit cum eis, quae et per se, et grauissimorum auctoritate uirorum coli adamarique solent: at horum poematiorum exiguitatem tantum abest ut plane reiiciendam putem, ut inde multum utilitatis eos, qui de illis recte sentiant, consecuturos esse persuasum habeam. Etenim cum nostra aetate exstiterit nemo, qui Calpurnii Eclogas uere emendauerit, congestis undecunque subsidiis id efficere studui, ut, quoad res ipsa patitur et uires suppetunt, illius poetae uersus rectius constituantur, iustumque artis criticae fundamentum iaciatur, quo integrum lectoribus praebeatur iudicium. Praeterea aliud spectaui, idque non minus graue momentum, ut iis, qui criticae artis ignari sunt, hoc libello materia comparetur, ipsorum uiribus non impar. Quippe tironum e coetu uix et ne uix quidem dimissus horum quoque in usum omnia collegi, disposui, expediui, quantum pro uirium modulo fieri potuit, id

112791

effecturus, ut liber meus sit talis, qui non ducem, sed quasi comitem se illis offerat, ut de primis artis criticae praeceptis usu fiant certiores, qua in re sane uerendum est, ne interdum abusum deprehendant erroribusque a me commissis de ueritate edoceantur. Equidem quid ipse profecerim hisce studiis bene intelligo: utrum aliorum quoque usibus a me sit prospectum necne, harum rerum peritis relinquo diiudicandum. Verum non omittendum esse uidetur, quanta benignitate in congerenda librorum notitia copiaque adiutus sim. Hoc uero loco in primis nominandus est *Ritschelius*, V. D. nunc Professor Bonnensis, antea Vratislauiensis, praeceptor meus liberalissimus, cuius ego beneuola intercessione libros praestantissimos, quos bibliotheca regia Saxonica Dresdensis continet, usurpandos accepi. In qua re *Falkenstenio* quoque, illius bibliothecae praefecto summo, pro sua erga me munificentia gratias ago quam maximas. Haud minorem autem gratiam me debere profiteor *Millero*, V. D. bibliothecae Regiae Parisiensis conseruatori, nec non cl. *de Eichenfeldio*, bibliothecae Palatinae Viennensis praefecto, qui suppeditatis codicum scripturis me adiuuerunt. Pari liberalitate bibliothecae Rehdigeranae libri manuscripti a *summis Vratislauiae magistratibus* mihi ad utendum concessi sunt. Hos omnes, quibus adiiciendus est *Walzius*, V. D. Prof. Tubingensis, a me de amisso quodam codice consultus, grato me animo semper prosecuturum esse spondeo. Et haec quidem fuerunt, quae in uniuersum de hac mea editione habui praedicanda.

Scribebam Vratislauiae Cal. Ianuar. CIↃIↃCCCXXXXI.

Glaeser

Gymnasii Reg. Frederic. quod Vratislauiae est, praeceptor.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

PRAEMONENDA.

I.

1. *De scriptoris nomine.* Consensu omnium uirorum doctorum *Titi* praenomen Calpurnio tribuitur, id quod editionum paene omnium auctoritate confirmatur teste Wernsd. Poet. Lat. Min. tom. II. pag. 3. *Caius* appellatur idem in editionibus Romana et Ascensiana, nec non in codicibus Vossiano et Rehdigerano priore et codice uno Florentino [1]). Praenomen omnino deest in codice Parisiensi n. 8049. in cd. Gothano, si Wernsdorfio fides est habenda, et in codice Rehdigerano altero, ad quos duo codices Florentini [2]), et codex quidam Parisiensis [3]) accedere uidentur. De reliquorum codicum inscriptionibus nihil allatum est, uerum non sine causa suspicari licet, unum alterumue, praecipue ex codicibus Doruillianis, contra uulgarem scripturam facere. Aliam uero, et fortasse unice ueram rationem indigitat inscriptio codicis Vindobonensis n. 286. [4]) quae ita se habet: *Incipiunt buccolica Theocriti Calphurnii siculi P. cl.* et ad libri eiusdem calcem: *Expliciunt buccolicon Theocriti Calfurnii poetae siculi.* Quodsi quid uideo ex uoc. *Theocritus* illud praenomen *Titus* factum est: *Theocriti* uero nomen tanquam primi auctoris et quasi eius, quem Calpurnius secutus sit, (quin fortasse uel de mera interpretatione Latine factorum Theocriti

1) Bandini Biblioth. Laurent. II. Plut. 37. cd. 14.

2) Bandini Biblioth. Gaddian. III. Plut. 90. cd. 12. Biblioth. Aedil. Supplem. I. XCIII. pag. 140.

3) Montfalcon. Biblioth. Bibliothecarum Tom. II. p. 1370. b.

4) Plura de hoc libro infra afferam. Quaedam, sed non ita diligenter, de eo dixit Endlicher: Catalog. Codic. Philol. Lat. Vienn. p. 189.

Idylliorum somniabat ille uir bonus) positum *siculi poetae* commemorationi, quae postea in simplicem vocem *siculus* abiit, ansam dedisse uidetur. Et de hac quidem re infra: uerum nisi omnia me fallunt, in eis codicibus nobis uera tradita est ratio, in quibus praenomen omnino deest. Voc. enim *Caius* ex prima littera uoc. *Calpurnius* male repetita factum esse potest. — Ipsum scriptoris nomen a quibusdam uiris doctis tanquam duplex perhibetur, cf. Wernsdorf. l. a. — *Iulius* (siue *Iunius*, scriptura enim discrepat) *Calpurnius* nominatus esse ab iis putatur: quod sine dubio ex Vopisci uerbis [5]) desumptum est, cum et illo loco, et in nostra causa de uno eodemque homine sermonem esse illi sibi persuasissent. At cauendum est, ne hoc temere nimisque festinanter sit factum, cum ueri quidem simile esse possit, sed non simpliciter uerum, Iunium s. Iulium Calpurnium, qui apud Vopiscum commemoratur, et Calpurnium, Eclogarum scriptorem, unum esse atque eundem. Equidem hanc rem ex codicum auctoritate dirimendam esse censeo, qui de Iunio s. Iulio Calpurnio plane nihil produnt. Neque defuit, qui contra illorum opinionem statueret: *Kempfer.* enim in Introduct. ad Ecl. I. inter utrumque hunc Calpurnium bene distinxit. — Vix autem uno uerbo hodie opus est, utra scriptura, *Calpurnius* an *Calphurnius* praeferenda sit, quae posterior libros et manu scriptos et impressos typis paene omnes occupauit. — Eaedem editiones, in quibus Calpurnio praenomen Tito tribuitur, eidem cognomen indunt *Siculo* (sed partim habent *Poeta Siculus*); in quo cum uirorum doctorum sententiae congruant, equidem nihil mouerim, uerum suspicari licet cum Sternio [Coniect. ad Gratii Cyneg. p. 3.] hoc non ab ipso scriptore profectum esse. Certe neque Vlitius, neque Burmannus, neque Wernsdorfius quidquam ex libris suis de hoc cognomine attulerunt, neque ego in meis quidquam repperi. Si de codicum meliorum inscriptionibus constaret, secundum horum auctoritatem uulgata ratione relicta libenter me in aduersariorum sententiam pedibus iturum esse profiteor. Siciliam patriam Calpurnio tribui in cdd. mss. memorat Petr. Crinitus sec. Barth. Aduerss. 43, 4. de quo testimonio tamdiu dubitabo, usque dum ex aliis rebus comprobetur. Unus ille codex Vin-

---

5) In Cari uita c. 8.

dobonensis, ex quo uoc. *Siculus* affertur, contrariam rationem ueram esse satis liquido demonstrat. Huius enim ex inscriptionibus, quas supra attuli, simpliciter praefigendum est „*Calpurnii Bucolicon*", atque hanc scripturam ueram esse existimo, nisi fortasse ex aliis libris addendum est: *ad Nemesianum.* — Praeterea Calpurnius, Eclogarum scriptor, a pluribus aliis Calpurniis, quorum scripta commemorantur, distinguendus est: quales sunt *L. Calpurnius Piso Frugi*, qui orationes et Annales reliquit, cf. Cic. Brut. 27.; *Calpurnius Serranus* quidam, qui sub Claudio imperatore uixit: de hoc infra; *L. Calpurnius Piso*, qui Traiano imperante de continentia poetarum scripsit; *Calpurnius Flaccus*, qui excerptas rhetorum minorum declamationes concinnauit; *Calpurnius Bassus*, quem Commentarii in Germanici Aratea auctorem esse ferunt; *Calpurnius*, a quo Comoedia „Phronesis" teste Fulgentio Planciade de prisco sermone sub V. *Nasiterna*, elaborata est: hunc Wernsdorf. cum Calpurnio, Eclogarum scriptore, eundem esse coniecit, id quod neque comprobari potest, neque refelli.

2. *De scriptoris uita et aetate.* De Calpurnii natalibus et reliqua uitae conditione prorsus nihil est, quod ex aliorum testimonio constaret: pauca tamen, eaque subobscure ipse carminibus suis intexuit, qua in re ne nimia et intempestiua sagacitate utamur, aliorum nos admonet exemplum. Volunt enim illi statuere, Calpurnium, qui se ad Virgilii imitationem Ecl. I. II. VII. Corydonem, Ecl. VIII. Tityrum significauerit, ex humillima uita ad meliorem statum transiisse fauente patrono quodam, qui ipsum Imperatori commendauerit. Quam debilis sit sententia de Sicilia, Calpurnii patria, supra iam ostendi: ex Ecl. IV, 17-19. efficitur, siquidem illi uere existimarunt, Calpurnio fratrem fuisse natu minorem, sed hac re parum iuuamur. Contra ne eis, quae priore loco posita sunt, nimis confidamus, argumentum satis graue afferri potest. Calpurnius enim pro illorum temporum captu ingenium habet non ita rude: eumque diu multumque in lectitandis Virgilii, Horatii, Ouidii, Statii carminibus, quibus Theocriti Idyllia addenda sunt, uersatum esse, ex ipsius Eclogis plane est perspicuum, et ab aliis quoque alioquin usque ad satietatem profertur. Maxime autem illud elucet ex tereti rotundaque uersuum compositione, qua uirtute Calpurnius ipse, neque iniuria gloriatur, cf. Ecl. IV,

150 sqq. VIII, 82. Etenim hoc magnae est atque assiduae exercitationis repetitaeque lectionis, quam nisi libere liberaliterque educatus, uix aliquis eo aeuo consequi potuit. Unde de uitae conditione ab initio tam inope tamque humili multa a Calpurnio ficta esse, eosque in errorem inductos puto, qui illis descriptionibus plane fidem habuerunt. Fatendum autem est candide, nos de his rebus nihil scire, neque scire posse. Neque de Calpurnii aetate, qua floruerit, nullus dubitationi locus relictus est. Sane ridiculi sunt Ascensius et Guidalottus cum Brassicano, qui de Augusti aeuo somniabant. Aduersus hos Petrus Crinitus de Poetis Lat. lib. V, c. 81. Calpurnium sub Diocletiano et Constantio uixisse contendit. Plurimi uero, et in primis Wernsdorf. Calpurnium Caro, Carino et Numeriano imperantibus (281–285. p. Chr. n.) uixisse affirmarunt, cf. Wernsd. l. a. p. 12–14. et Argum. ad Ecl. I. IV. VII. Aliam opinionem proposuit Sarpius Quaest. philol. p. 47. (cuius libelli copiam mihi non factam esse aegro fero), qui non Calpurnium Siculum, sed Calpurnium Serranum aliquem, alioquin prorsus ignotum, Claudio imperante illas Eclogas composuisse contendit. Equidem quibus argumentis permotus Sarpius ita statuerit nescio: hoc uero constat, ea non ex aliis testimoniis, utpote quae nos plane deficiant, petita esse posse, sed ex ipsis Calpurnii Eclogis. Verum tamen qui Calpurnium recte cognouerit, facere non poterit, quin eum a saeculo, quod uocant argenteum, plane alienum esse sentiat, neque Sarpius animaduertisse uidetur, Statium, qui post Claudium floruit, eis adnumerandum esse, quos Calpurnius imitatus est, cf. praeter alia Stat. Theb. XII. extr. „. . . . iam certe praesens tibi fama benignum strauit iter . . . . . si quis adhuc praetendit nubila liuor", et Calp. Ecl. VIII, 84 sq. „Namque hic in siluis praesens tibi fama benignum strauit iter, rumpens liuoris nubila pennis". Quod si quid ex his colligere licet, Sarpii opinionem improbandam esse nemo non uidet. Sed reliquorum quoque uirorum doctorum sententia uereor ne admodum infirmo nitatur fundamento. Quis enim dubitabit, quin Calpurnius aperte patrem cum duobus filiis imperantem significauerit? nihilo tamen minus ne ullum quidem huius rei uestigium exstat, immo ii uersus, in quibus illius Imperatoris fit mentio, contra faciunt, cff. Ecl. I, 43: „Et redit ad terras tandem squalore situque Alma Themis po-

sito, *iuuenemque* beata sequuntur Saecula" sqq. Ecl. IV, 85, „Perpetuamque regit *iuueniti* robore pacem" sqq. ibid. 137. „Dî precor, hunc *iuuenem*" sqq. Ecl. VII, 6. (spectacula) „quae patula *iuuenis deus* edit arena" (ad quos accedunt Ecl. I, 46. 84. IV, 7. 48. 87. 94. 97. 107–111. 122. 127. 132. 142–145. 158. VII, 76. 82. 83.). Hi omnes non sine molesta et uiolenta ratione ad plures referri possunt, atque ille unus est iuuenis, semper iuuenis, qua uoce certe Carus significari nequiuit. Carum autem ipsum a Calpurnio plane omissum esse, omnesque eius partes ad alterutrum filium translatas quis est qui credat? Nempe ita praemia consecutus est Calpurnius, non a filiis, sed ab illo ipso patre, quem plane reticuit. Neque reliqua, in quibus sane numerus, qui uocatur, pluralis reperitur, quidquam ad uulgarem sententiam confirmandam ualent, uti Ecl. I, 94. *Augustas aures*; IV, 80. *numina Romae*; ibid. 112. illius (Caesaris) *numina*; forma *Deorum*; ibid. 80. *mea numina*. Vno loco, Ecl. IV, 146. Caesarem illum Calpurnius *patrem* appellat: attamen cum toti illi uersus ex Horat. Od. 1, 2, 40 sqq. expressi sint, mirum non est, easdem uoces, quas apud Horatium inuenimus coniunctas, a Calpurnio repetitas esse. Quare nullo modo adduci possum, ut credam, ad Calpurnii aetatem definiendam quidquam ex his effici. Descriptiones autem, quibus idem aeuum suum quasi depinxit, eiusmodi sunt, ut ad permulta tempora eodem iure referri possint. Qui hanc causam per se contemplatus fuerit, sane mirabitur, uiros doctos tam misere in ea sese torsisse. Neque tamen mihi est ignotum, unde sit factum, ut hoc modo res perturbata atque confusa sit. Supra enim iam attuli, illum Iunium (s. Iulium) Calpurnium, quem Vopiscus commemorat, a plerisque unum eundemque fuisse existimari atque Calpurnium, Eclogarum scriptorem. Hinc omnes difficultates sunt exortae, dum quod adhuc demonstrandum erat, pro certo ponebatur.

3. *De Calpurnii fautore.* Inde ab Vgoleti editione usque ad Wernsdorf. Calpurnii Eclogis praefixum est nomen *Nemesiani* [*Carthaginiensis*, partim *poetae Carthaginiensis*], tanquam eius, cui Calpurnius carmina sua dedicauerit et quem sub Meliboei nomine celebrarit. Ob rationes, quas infra proferam, haec dedicatio a Wernsdorfio remota est: qui tamen in hac re incautius fecisse uidetur. Quanquam enim in illa edi-

tione, et quae eam secutae sunt, quaedam ex interpolatione sunt profecta, tamen ob haec non omnia statim abiicienda fuisse, aliorum librorum scriptura edocemur. Codex enim Rehdigeranus secundus, in quo omnes XI. Eclogae Calpurnio tribuuntur, Nemesiani nomen exhibet, et in hunc modum fortasse in uno alteroue codice (uti in Doruilliano quarto) scriptum est. Wernsdorf. quidem huiusmodi librum ob oculos non habuit, sed nihilo minus ei cautio adhibenda erat. Sese autem in eo fefellit, quod cum alterum fictum esse sibi persuasisset, inde alterum quoque fide carere putaret. Quod cum ita sit, admodum est memorabile, Wernsdorfium reiecta antiquitatis memoria alias res, plane ad idem redeuntes, excogitasse magnaque doctrinae copia instruxisse. Etenim pro Nemesiano, eiusdem temporis claro poeta (cf. Vopisci Numerian. 9.), qui cum Numeriano ipso multam habuit consuetudinem, Iunium Tiberianum supposuit tanquam Calpurnii fautorem, uirum eodem aeuo magistratibus summis exornatum, quippe qui bis consul et praeterea magister officiorum fuerit. Sed uix dici potest, quantopere hac Wernsdorfii ratione omnia sint peruersa. Quid enim ex tota illa disputatione (l. a. pag. 7–11.) efficitur? Enimuero meras coniecturas nobis proposuit, neque animum attendit Wernsdorfius, ea, quae ex ipsa antiquitate ad nos peruenerunt, nisi plane sint inutilia et falsa, pluris esse facienda, quam optimas coniecturas. Habemus autem, uti iam expositum est, huiusmodi quasi riuulum, quo ad probabilem huius rei explicationem progredi possumus, si ab aliis iisque bonis libris illa inscriptio confirmata fuerit. Equidem Nemesianum illum retinendum hoc loco censeo, quo tamen nequaquam effectum uolo, hunc Nemesianum et Aurelium Olympium Nemesianum, qui *ἁλιευτικά, κυνηγετικά* et *ναυτικά* scripsit, sine ulla dubitatione pro uno eodemque habendum esse. Sed uideamus, qua uia Wernsdorf. ad hunc finem peruenerit. Iunius Calpurnius ap. Vopiscum tacite pro Calpurnio Siculo sumitur, quo Cari imperium efficitur: Nemesianus, eiusdem aetatis, reiicitur, quem ipsi Calpurnii fontes partim afferunt: contra nouus, plane a nulla re, nisi extrinsecus deprompta, commendatus fautor Calpurnio imponitur, qui tamen magis ad aetatem sequentem est ablegandus: nam a. 303. p. Chr. n. ille Iunius Tiberianus inter Praefectos Vrbi comparet, uti Wernsdorf. ipse demonstrauit. Et quam apte omnia

conueniunt! Ex illius sententia Eclogae septem priores ante a. 285. scriptae sunt, posteriores autem certe post a. 303. quo Tiberianus adhuc uixit: ergo post duodeuiginti annos (et fortasse plures) Calpurnius studium tam diu neglectum retractauit. Equidem haud crediderim ita esse factum: saltem exempla desunt. Iudicio igitur praecorrupto omnes, qui ex hisce aliquid conflare conati sunt, hanc quaestionem pertractarunt: corruptum autem est iudicium illo Vopisci loco. Ipse enim Wernsdorf. quanquam Calpurnium Eclogas suas Nemesiano dedicasse pernegat, de Nemesiani aetate, qua Calpurnius quoque floruerit, constanter affirmat, quasi uero rem plane expeditam et per se consentaneam proponat. Equidem ex Nemesiani, siquidem ille idem est atque Cynegetici scriptor, commemoratione Calpurnii aetatem definiendam puto, sed paulo post Cari imperium eum floruisse censeo, cum huius Imperatoris uita uix cum Calpurnii rebus concinnari possit. Itaque Petr. Crinitus l. a. uerius dixisse uidetur. De reliquis Calpurnii conditionibus nihil scimus. Quid de Meliboeo illo, qui in Calpurnii carminibus celebratur, statuendum sit, uiderint alii: equidem de eo non habeo quod proferam. Fictum esse nomen facile concedetur: aliorum autem poetarum morem si respicimus, neque Nemesianus neque Tiberianus per Meliboeum intelligi possunt.

4. *De Calpurnii Eclogis.* Illa undecim carmina, quae inde a Wernsdorfio denuo uni Calpurnio adscripta sunt, per Vgoleti editionem Parmensem casum singularem passa sunt, ita ut quattuor posteriora non Calpurnii, sed Nemesiani illius, cui septem reliqua dedicata perhibentur, esse traderentur. Hunc uero locum post Guidalottum (in Comment. ad Nemesiani Ecl. I.), Vlitium (Comment. ad Nemesiani Cyneget. init. et in praefatione ad Nemesiani Eclogas), Burmannum (in Praefatione ad Poetas Latin. minores) Wernsdorfius l. a. pag. 15–26. tam diligenter tamque luculenter persecutus est, ut paucis adiectis eorum, quae ille disputauit, summam repetere sufficiat. I) A ueterum nullo proditum est memoriae, Nemesianum Bucolica scripsisse, cf. Vopisc. Numerian. 9. nec in ullo codice Nemesiani Cynegeticon et illae quattuor Eclogae coniuncta reperiuntur. II) Medii aeui scriptores, *Iacob. de Cesollis* de bello Schaccico lib. IIII. *Franc. Petrarcha* lib. 38. Variar. epist. Epist. ad Guilielm. de Pastrengo, Veron. (cf. Laur. Pignorius Symb. epist. Ep. XVI.

p. 65. *Angel. Politianus* in Nutric. p. 542. post Virgilium nullum agnoscunt Eclogarum scriptorem nisi Calpurnium. III) Codices Pal. Voss. et fortasse Doruilliani, quibus accedunt Rehd. 1. 2. duo Florentini et cd. Vindobonensis, cum editionibus Rom. utraque Dauentr. Nordheim. Colon. (*ap. Wernsd.*). Ascens. omnes XI. Eclogas Calpurnio tribuunt. Inde ab Vgoleti editione, uti iam dictum est, Nemesianus Eclogarum quattuor posteriorum auctor nominatus et habitus est: id quod codice quodam Florentino (cf. Bandiui l. a.) confirmari uidetur, quem eiusdem generis esse suspicor, atque illum codicem uetustissimum, e Germania allatum, in quo Vgoletus illos titulos, quales eos impressit, repertos a se testatur. IIII) Causam illius glossematis Wernsdorf. affert hanc: aliquis ex Ecl. I, 94. et IIII, 158. coniecit, Eclogas septem priores Nemesiano dedicatas esse (?): deinde Eclogae VIII^ae. esse suprascriptum „Meliboei (= Nemesiani) *Ἐπιάφιος*" (Epifunus *ed. Flor. prior* corrupte), quod postea acceptum sit ita, quasi Nemesianus reliquas Eclogas scripserit. Non sine magna ueri specie ad illam sententiam confirmandam in edit. Parmensi Eclogam ultimam non quartam nominari, sed undecimam. (Guidalottus eandem et quartam inscribit et undecimam). Quae ex his probari non possunt, supra sunt declarata. V) Illae duae inscriptiones ita se inuicem destruunt, ut altera cum altera consistere nequeat. [At hinc non efficitur, altero glossemate sublato priorem quoque inscriptionem esse tollendam, de quo supra]. VI) Stilus, quem uocant, Eclogarum omnium plane idem est, neque ex aliorum, qui aliter statuunt, sententia certi quidquam elucet: Vossius Instit. poet. III, c. 4. pag. 34. Calpurnium Nemesiano, Scaliger Poet. lib. VI. c. 5. pag. 824. Nemesianum Calpurnio castigatiorem esse uolunt. Iam has Eclogas quasi uno impetu elaboratas esse nemo contendet, nimium uero tribuere uidetur Wernsdorf. codici Gothano, ex quo comprobare conatus est, septem Eclogas priores fortasse separatim a Calpurnio esse editas. Facillime enim casu fieri potuit, ut librarius in scribendo subaisteret: fortasse plus fidei illi habendum esset, si Ecloga septima in eo integra exstaret. VII et VIII) Ex Theocriti imitatione XI. Eclogarum numerum confirmare sibi uisus est Wernsdorf. in qua re ea, quae de Eclogae nonae ratione disseruit, non sine probabilitate quadam disputata sunt. Hanc Eclogam

nonam Beckius in praef. p. V. sine iusta causa Calpurnii non esse contendit, sed haec opinio silentio praetermitti potest. Idem ibidem dicit, posteriores Eclogas dictionis quandam prae se ferre diuersitatem, quam ex uirili magisque confirmata poetae aetate repetit. Hoc si recte intelligitur, ab unoquoque concedetur, cum non sine causa posteriores Eclogas seriore tempore scriptas esse affirmari possit, siquidem Eclogarum ordo in codicibus, quod sciam, omnibus sit unus idemque, neque ratio ulla afferri possit, cur eum fortuitum esse statuamus.

5. *De Calpurnii Eclogarum codicibus manuscriptis.* Restat uero, ut de subsidiis criticis disseratur breuiter: qua in re dolendum est, quod priorum editorum plurimi, nec non ii, quorum opera codicum collationes sunt factae, de his libris suis paene nihil attulerunt. Eum autem in codicibus enumerandis seruandum duxi esse ordinem, quo quis liber aut melior aut deterior est. Habemus autem cognitos Calpurnii codices hosce, sed magnam partem haudquaquam satis exploratos: 1) *Cd. Doruillii a.* idem *Neapolitanus*, a Iac. Phil. Doruillio Neapoli repertus in bibliotheca Ioann. Carbonarii, atque satis diligenter collatus [cum ed. Pithoei?]. De libri habitu, aetate, inscriptionibus nihil est allatum. Is continet, uti ex scripturis patet, omnes XI. Eclogas: nisi ipse est paulo antiquior, ex alio bono codice descriptus est. Collatio eius exstat apud Burm. in Append. ad Poet. Lat. min. tom. I. extr. — 2) *Cd. Heinsii:* in Burmanni Commentario non ita crebro commemoratus: fortasse integer. Saepe ille ad Doru. a. accedit. Praeterea de eo nihil constat. 3) *Cd. Parisiensis* n. 8049. membr. 45 foliorum, [forma maxima (?) propter duplicem XXXVIIII. uersuum seriem in unaquaque pagina perscriptam] quorum sedecim prima saec. XI. posteriora saec. XII. exarata uidentur. Versus binis, quas uocant, columnis scripti: singulae columnae 39. lineas continent. Praeter Persii Satiras, Ciceronis fragm. de diuinatione, Petronii Arbitri Satirarum librum, fol. 25, 2-27. 2. Col. b. exstant in eo Calpurnii Eclogae I. II. III. IIII, 1-12. (Post eas usque ad libri finem insunt Senecae sententiae). Inscriptiones praeter has „Explicit Petronius. Incipit Calpurnius" et „Incip Eclogae" (rubric.) nullus titulus in Eclogis reperitur, quae sine interruptione sese excipiunt. Bonae est notae hic liber: eius scripturas diligentissime enotatas Milleri, qui

bibl. Reg. Paris. ex parte curam gerit, beneuolentiae debeo. 4. 5. 6) *Codd. Doruilliani b. c. d.* de quibus nihil prorsus expositum est, nisi quod ab eodem illo Doruillio eorum collationes ad Burmannum sunt transmissae. Scripturae discrepantia, quae ad omnes XI. Eclogas pertinet, in eadem, qua Doru. a. Appendice proposita est. Ex Doru. d. plurimae scripturae, quod Burm. eas paulo ante acceperat, ab illo insertae sunt ipsius Commentario, simplici sigla *Doru.* instructae: hinc factum est, ut Wernsdorf. et Beck. eadem sigla in hoc libro denotando uterentur, cum ad Burmanni uerba, Excerptis Doruillianis praemissa, non attenderent. Doru. b. c. non contemnendi sunt, et saepe cum aliis bonis libris faciunt: paulo infra ponendus est Doru. d. 7) *Cd. Rehdigeranus secundus*, ex Bibliotheca, quae in hac urbe exstat, Rehdigerana depromptus, chartac. forma quadr. saec. XV. negligenter scriptus foliorum 115. Omnes XI. Eclogae Calpurnio adscriptae sunt: (exstant eae fol. 3. 1. — 22. 1. In hoc libro praeter unam inscriptionem in eius fronte positam nulla reperitur, neque personarum significatio, excepta folii tertii pagina priore. Hic illic librarius, ubi persona mutatur, hoc signum (″) ad marginem posuit. Singulae Eclogae unius lineae spatio inter se distinctae sunt: singulae paginae uiginti sex uersus continent. Quanquam multa sunt uitiosa, quae hic liber habet, tamen bonas scripturas ei non plane deesse affirmare possum: ipse eum contuli. 8) Alteram codicum familiam efficiunt libri hi: *Cd. Palatinus*, apud Barth. in Aduersariis, apud Ianum Gebhard. in Crepundiis adhibitus. Plura ex cd. Palat. protulit Burm. in Commentario suo, quae se ab Io. Christoph. Wolfio, e codice Michaelis Richeyi ad exemplar editionis Vlitianae notata accepisse refert. Barth. eum, quam ante oculos habuit, codicem olim Ianotii Maneti fuisse narrat Aduerss. 34, 2. 43, 4. et paulo ante a. 1460. scriptum esse putat, addens, omnes XI. Eclogas in eo tribui Calpurnio. De illo anno parum constat: id certum est, hunc cd. post a. 1460. scribi non potuisse. At fortasse de pluribus, certe de duobus codd. Palatinis cogitari debet, cf. Ecl. I, 30. VIIII, 38. XI, 18. 9) *Cd. Vossianus*, in Burmanni Commentario adhibitus: eodem teste omnes XI. Eclogas Calpurnio attributas continet. In huius libri fronte haec sunt: *C. Calpurnii carmen bucolicum incipit feliciter;* ad eiusdem calcem haec: *C.*

Calpurnii bucolicon carmen desinit. De reliqua libri conditione nihil est additum. 10) *Cd. Gothanus*, in quo post Virgilii Bucolica, Georgica et Aeneidem insunt Calpurnii Ecll. I–VI. et ex Ecl. VII, 1–65. non ante saec. XV. scriptus. Ad eius calcem adscripta sunt: „*Finis. haec quae de calphurnio inueniuntur*" (ita Wernsdorf. l. a. pag. 37. sed pag. 27. idem affert: „*Haec sunt, quae de Calphurnio inueniuntur*": haec ille ex memoria posuisse uidetur). Wernsdorf. huius libri collationem a cl. Meuselio accepit. 11) *Cd. Rehdigeranus prior*, ex Bibliotheca, quae in hac urbe est, Rehdigerana mihi ad utendum concessus: chartaceo — membr. mixt. forma quadr. saec. XV. nitide scriptus, constat foliis 130. continet omnes XI. Eclogas Calpurnio assignatas: exstant eae fol. 3. 1. — 27. 1. Tituli et personarum signa rubro colore sunt picta. Singulae paginae uiginti uel duos uel tres uersus exhibent. Praeterea in eo multa Virgilii et aliorum (etiam recentiorum) carmina minora scripta sunt: ipse eum contuli. 12) *Cd. Modii*, ab hoc uiro in Lectionibus Nouantiquis aliquoties commemoratus: de hoc plane nihil proferri potest. 13) *Cdd. Guidalotti*, in commentario edit. Bononiensis allati. 14) *Cdd. Titii*, in Commentario edit. Florent. II. commemorati. De his Guidalotti et Titii codicibus uix recte iudicari potest. Sine dubio hic illic uere sunt codices manu scripti: interdum tamen satis liquido libri typis impressi significantur; occurrunt enim *exemplaria uetusta, textus fideles.* In ipsa adnotatione critica horum uirorum uerba integra posui, ut quoad fieri potest, quisque iudicare queat. — Praeter hos codices aliorum quoque fit mentio, uti *codicis illius uetustissimi atque emendatissimi*, quem Vgoletus, e Germania allatum, in editione sua secutus est. Porro in praefatione Brassicani *codex quidam antiquus*, qui apud Canonicos St. Petri ad Pulchras Fagos (prope Tubingam) tenebatur (a. 1519.): ex hoc multa se uere distinxisse, multos uersus integros adiunxisse contextui Brassicanus testatur. De hoc libro ill. Walzium, Professorem, consului: attamen ne ullum quidem eius uestigium hodie exstat. — Pariter tantum nomine paene solo noti sunt *codices Martellii, Palmerii, Carrionis, Bartholini, aliorum:* propter famae tenuitatem uix de his statui poterit. Diligenter tamen has quoque notitias tenues enotaui suoque loco inserui. — Codices nondum collati exstant

tres Florentini (cf. Bandini l. a.) et *unus Parisiensis* (cf. Montefalc. l. a.) — Denique ne opera pereat, quam cl. *de Eichenfeld.* in describendo cd. Vindobonensi [Endlicher Catalogus sqq. pag. 189. Cd. ms. membr. saec. XV. foll. 45. 4. no. 286] mihi praestitit, ea, quae uir ille humanissimus mecum communicauit, hoc loco proponam. Plures autem uersus ab eo collati sunt cum Wernsdorfii editione in hunc modum: Ecl. II, 30. *non differt.* Ecl. III, 24. *tu solus t. yola es.* 47. *dispergit l. sompno.* 69. *nulla t. c. lactis.* 95. *uicina saepe s. ara* (sic ab ead. m.). Ecl. IV, 20. *non differt.* 24. *non differt.* 66. *Personuisse chelim blande quoi sępe c.* 77. *Prome q. d.* 144. *lates etenim hunc deprecor o.* Ecl. V, 19. *tota uenanti* (litt. *e* suprascr. *r* ab al. rec. m.) 28. *ac etiam.* 34. *quid messe f.* 64. *somjnos* (sic, uoluit scribere sompnos (*cantare u.* 65. 66. *non differt.* 67. *quom.* 100. *Tunc d.* Ecl. VI, 29. 30. 46. *non differt.* 53. *abest hic uers. in cod. Vindob.* 54. *non differt.* 76. *Tu modo nos ipsi modo iam manasille* (sic) *precamur.* Ecl. VII, 4. *oduro i. d. a. licho*
rutilum
RA. (sic). 51. *Et colit in lubricum* (sic ab ead. m.) *t. q. l. axem.* 69. Ha t. quotiens n. desc. harenae. 70. 71. *non dif-*
qu
fert. Ecl. VIII, 73. *Teque prius c.* 74. *secuntur* (sic). 81. *ceptum tibi ne iam d. c.* Ecl. IX, 51. 71. *non differt.* Ecl. X, 19. *Vitrea* (sic) *s. p. qui quando p. t.* 20. 24. *non differt.* 25. *Nosque et iam* (sic) *nimphae u. nutrimur i. a.* 26. *Deest hic u. in cod.* 52. *non differt.* 53. *ante u.* 52. *collocatus in cd.* — *ac potus.* 54. *defluit h.* 55. *non differt.* Ecl. XI, 17. *Quid uultum ueniens p. a. s. f. serenas.* 18. 24. *non differt.* 68. *nobis q. uericoloria filla* (sic). — Es folgen nun die Überschriften, sämmtlich mit litt. uncial. miniatis geschrieben:

Incipiunt buccolica Theocritica Calfurnii Siculi P. Cl. Egloga I. Colloq. Coridon et Ornitus.

Egloga II. Colloquutores Idas et Astacus pueri.

Tertia Egloga Colloq. Iolas et Licidas.

Quarta Egloga Colloq. Melibeus et Coridon.

Quinta Egloga in qua Canthus Miconem alloquitur.

Egloga VI. Colloq. Astilus, Lycidas et Manasillus (sic).

Octaua (sic) *Egloga Colloquu. Lichoras* (sic) *et Coridon.*

nona (in marg. a rec. m. VIII) *Egloga Colloquuto. Titirus et Timetas.* Am rechten Rande die Jahrzahl 1543 (wo wahrscheinlich die Marginale geschrieben ward), und von derselben Hand wie es scheint, die Worte: *Aureli memesiani Chartaginensis poete Eglo. j.* nebst der Variante zu u. 2. *resonant tua rura*, wofür in unserer Hds. *et raucis in mutua rura cicadis.*

Egloga IX (Correctur einer neueren Hand) *Colloquutores Idas et Alcon.* Am rechten Rande von jüngerer Hand 2ª (sc. egl. Nemes.) und darüber von derselben Hand die zum letzten Verse der vorigen Ecloge gehörende Variante *flumineos* für *fluminibus* unserer Hds.

Egloga X (die Zahl wieder von jüngerer Hand) *in qua poeta solus loquitur.* Am Rande 3ª.

Egloga XI (die Zahl von jüng. Hand eingeschaltet) *ultima Colloq. Mopsus et Licidas.* Am Rande 4ª.

Unterschrift: *Expliciunt buccolicon Theocriti Calfurnii poetae siculi* (alles uncial u. roth).

In his quaedam sunt adnotatione digna. Primum ex scripturis illis apparet, hunc codicem in iis uersibus, qui adhuc auxilium exspectant, haud multum auxilii praebere: interpolatos autem esse Calpurnii uersus, ex eisdem luculenter efficitur, cf. Ecl. VI, 76. VIII, 81. Deinde Nemesiani factam uidemus mentionem, sed ita, ut statim intelligi possit, eius nomen ex editione aliqua in codicem esse transscriptum: quare ex hac re ad Vgoleti rationem defendendam nihil petere debemus. Quae praeterea aliquid momenti habent, iam supra declarata sunt.

6. *De Calpurnii editionibus.* Cum et ab aliis, inprimis a Wernsdorfio l. a. p. 37–51. et a me alio loco de singulis Calpurnii editionibus disputatum sit, ab eo consilio, quod in adornando hoc libro mihi proposui, non alienum esse existimo, quoad fieri possit demonstrare, quibus ex fontibus et qua ratione Calpurnii Eclogae ad nostra usque tempora pertractatae atque emendatae sint. Dicendum igitur erit primum de eis libris, qui ex codicibus ducti sunt aut ducti esse uidentur, deinde a quibus et quo effectu partim librorum antiquorum auxilio, partim ingenii acumine et melior uerborum contextus euaserit, et rerum singularum explicatio. — Antiquissima omnium

est *editio Romana* s. l. et a. (cum Silii Italici ed. pr. plerumque coniuncta, quae prodiit Romae 1471. f. ap. Sweinheim et Pannartz) 15. foliorum: collata est ab Vlitio, Burmanno: ego quoque eam ex Bibliotheca Reg. Dresd. utendam accepi. Plane ad codicem, eumque non bonae notae expressa est: consentit autem in plurimis scripturis cum cdd. Voss. Goth. Rehd. 1. Pal. — *Calphurnii Bucolicum carmen* a. 1472. f. Venetiis editum est una cum Ausonii Epigrammatis, Probae Centone, Ouidii Consolatione, et Publ. Greg. Tipherni Hymnis, cf. Maittair. Annal. typogr. I. p. 387 (ed. II.) Ebert. Bibl. Lex. n. 3362. De eius pretio non constat. Fortasse ex ea pauca quaedam protulit Doruillius in Excerptis suis, Burmanni Poet. Lat. min. I. extr. adiectis: ibi enim scripturae per compendium *Ald.* afferuntur, quae tamen cum neutra edit. Aldina consentiunt, cf. Disquisitio sqq. p. 5. 6. — Illam ed. Venetam repetitam esse a. 1494. affert Wagner Grundriss d. class. Bibliographie p. 351. — [Recte in dubitationem uocauit Wernsdorf. *editionem Parmensem* 1478. 4. quam offert Maittair. Annal. typogr. I. p. 387. Haec a Fabricio tanquam edit. pr. commemoratur: sine dubio ex errore haec originem duxit.] — *Titi C. S. Bucol. Carmen Dauentriae* 1491. 4. foliorum 20. Wernsdorf. eam contulit: in hac uersus nonnulli fortasse ex cdd. immutati sunt, plures ex coniectura tentati uidentur. Neque uero huius ed. tanta est consensio cum ed. Rom. quantam Wernsdorf. inter utramque intercedere putauit. — Eadem fere valent de eius repetitione, *Dauantriae* (*sic*) s. a. 4. Goth. foll. 24. quam ipse contuli: uere suspicatus est Wernsdorf. eam priore aliquanto esse correctiorem. (Id exemplar, quod ego adhibui, adscriptas habuit multas scripturae discrepantias, quas cum a manu satis antiqua sint adiectae, non praetermittendas esse existimaui: redeunt autem maximam partem ad edit. Rom.) — [Tertiam aliquam *ed. Dauentriensem* refert Schweiger Handb. d. class. Bibliogr. II. sect. I. p. 60. fortasse est una atque eadem cum antecedente: alibi de ea nihil commemoratur.] — Parui sunt momenti, utpote quae merae sint repetitiones, duae editt. a Wernsdorfio descriptae atque adhibitae, *Nordheimensis* et *Coloniensis:* utraque s. l. et a. 4. circa finem saec. XV. impressa. — Secundum codicem, ut ex uerbis subiectis apparet, instituta est *edit. Parmensis Vgoleti* s. a. (circa a. 1500.) 4. Contule-

runt eam Vlitius et Wernsdorf. nec non ego eam adhibui. Vti iam dictum est, Vgoletus primus fuit, qui Eclogas quattuor posteriores sec. cd. suum Nemesiano tribuit. (Huius cd. similem esse puto cd. Florentinum ap. Bandini. Bibl. Gaddian. III. Plut. 90. cd. 12.) — Ex illa Parmensi ed. in uniuersum repetitae sunt: *Calp. et Nem. Bucol. carm. c. Comm. Diomedis Guidalotti* Bononiae 1504. f. min. Hic inter primos fuit, qui Calpurnium explicauerunt atque emendauerunt, neque operam eius tam exiguam esse, quam Wernsd. uult, affirmare possum: certe in Comm. ille multas scripturas attulit haudquaquam spernendas, neque Vgoleti uestigia in omnibus rebus anxie legit. Hanc edit. contulit Vlitius: ego quoque ea usus sum. — *Poetae tres egregii* (*Gratius, Nemesianus, Calp.*). Venet. 1534. 8. ab Vlitio et a me collata: habet ea, quod sciam, prima Eclogas IIII, posteriores ante VII. priores collocatas. Sunt ei quaedam propria, quae fortasse ex codice sunt deprompta. Hanc fere plane sequuntur *ed. Augustana Stayneri* 1534. 8. et *ed. Lugdunensis Gryphii* 1537. 8. priorem Vlitius, posteriorem Wernsdorf. adhibuerunt. Illam ego quoque habui. — Magis ad rem facit *editio Florentina cum Rob. Titii Comment.* 1590. 4. Hic sine dubio codices hic illic ob oculos habuit, ex editionibus commemorat Iuntinam: Bononiensem uero ei praesto fuisse apertum est non quidem ex ipsius uerbis, sed ex rebus ab ipso allatis. Adiectae sunt huic libro *Hugolini Martellii Epistolae*, et ipsae ad criticam artem spectantes. — Peculiaris est *editio Parisiensis cum facili commentatione Iodoci Badii Ascensii.* 1503. 4. In uniuersum redit ad edit. Rom. Illa commentatio non est magni facienda: id tantum ex ea apparet, Ascensium in contextu uerborum refingendo admodum uiolenter interdum esse uersatum. Ex cdd. haud multa ab eo petita esse uidentur. Huius ed. collatio exstat in editione [Hauercampi et Brucii]: hinc eam nouit Wernsdorf. ego eam denuo contuli. Equidem quid Wernsdorf. l. a. pag. 50. cum *antiquiore Ascensiana* sibi uelit plane nescio. — Huic adiungendam censeo *editionem Ioann. Alex. Brassicani* (T. C. S. et Aurelii Nem. Bucolica) 1519. 4. s. l. (Hagenouae) 28 foll. Codicis antiqui, quem Brassicanus adhibuit, supra mentio est facta. Praeterea ex scripturis patet, ei non ignotam fuisse ed. Ascensianam: in praef. extr. non ita obscure ed. Bononiensem

significat. Eam primus contuli. — Ex Brassicani editione repetenda est *edit. Basileensis ex off. Io. Oporini.* 1546. 8. quam Wernsdorf. contulit: a me quoque denuo est adhibita. Quod in hanc Wernsdorf. laudis cumulauit, Brassicani editioni tribuendum esse iam apparet, simulque eius scripturae fons a me demonstratus est, cf. Disquisitio sqq. p. 6. 7. — Prorsus aliam familiam repraesentat *editio Philippi Iuntae, Florentiae.* 1504. 8. estque bonae notae liber, quo ea nititur. Hanc in manibus habuit Burm. sed non usurpauit: Wernsdorf. collatione non ita accurata usus est: equidem illam denuo mihi comparaui. — Ab hac pendent *ed. Veneta.* 1518. 8. et *ed. Viennensis* 1519. 4. (utraque a Wernsdorfio adhibita), nec non *ed. Tigurina Froschoveri.* 1537. 8. si Wernsdorfio fides est, qui tamen eam ipse non uidit. Burmannus eam nihili esse censuit, eiusque scripturas non euulgauit. Similiter res se habet cum *ed. Francofurtana ap. Christoph. Egenolphum.* 1539. 8. quae nondum est collata. — [Tantum memoriae causa hoc loco ponam *ed. Germanicam ἄτοπον* et *ed. Tigurinam aliquam*, quas Barth. adhibuisse se falso iactauit, de qua re cff. Vlitius et Wernsdorf. et Disquisitio sqq. pag. 7.] — Vt nihil desideretur, iam editiones quasdam commemorabo, quae nondum sunt collatae, et ex parte dubitandi occasionem praebent: Harum prima est: *Calphurnii Eclogae.* s. l. et a. fol. 15 foliorum: fortasse ad edit. Rom. referenda. — *T. Calph. Sic. Bucolica.* 4. ap. Sanctam Coloniam. 1522. ap. Eucharium Ceruicornum. — *C. bucolicum carmen* 4. s. l. (Lipsiae) et a. Goth. De his tribus editionibus cf. Schweiger. l. a. et Disquisitio sqq. pag. 15. 16. —

Ex his, quae de editionibus hucusque sunt disputata, cognoscitur, per totum fere saec. XV. Calpurnii Eclogas saepius quidem impressas esse, uerum a diuersis neque satis probabilibus fontibus pependisse. Eodem uero anno, quo Florentina Titii prodiit, illarum editionum recentissima, prodierunt *Epigrammata et Poematia uetera P. Pithoei.* Parisiis. 1590. 12. (repetita Lugduni. 1596. 8.), atque haec editio est quasi fundus omnium, quae deinceps sunt editae. Wernsdorf. eam adhibuit, nec non ego ea sum usus. Pithoeus Calpurnii Eclogas ad meliores libros constituisse uidetur, sed nihil de eius consilio aut subsidiis constat: plurima in eius editione ad ed.

Florentinam Iuntae redeunt, nonnulla ad ed. Ascensianam. Et inter eas quidem editiones, quae usque ad illud tempus typis expressae erant, sane Pithoeana digna fuit, quae toties repeteretur: prima enim Calpurnii Eclogas ita exhibuit, ut uere legi possent. Huiuscemodi repetitiones sunt *ed. Antuerpiana* ap. Ioach. Trognaesium. 1608. 8. *ed. Duacensis* ap. Alex. Car. Trognaesium 1632. 8. et quae plures aut plurimos complectuntur poetas Latinos, uti *edd. Lugduni.* 1603. 4. *Geneuae et Aureliae Allobr.* 1611. 4. *Lugduni.* 1616. 4. *Geneuae.* 1627. 4. *Aureliae Allobr.* 1646. *Londini et Hagae Com.* studio Mich. Maittarii. 1713. et 1721. f. tomis II. *Mediolani* 1731. sqq. 4. His editionibus uerborum contextus, quem uocant uulgatum, est effectus, cum in iis pauca quidem, uti fieri solet, aliter legantur, atque in communi fonte, neque tamen ita, ut de singulari quadam industria sermo esse queat.

Primus post Pithoeum *Casp. Barthius* fuit, qui in Calpurnii Eclogis emendandis et explicandis operam non spernendam posuit. Prodiit eius editio, cuius contextus ex Pithoei libro satis festinanter et non raro negligenter uitioseque transcriptus est, cum Gratio et Nemesiano, Hanouiae. 1613. 8. Barthius autem ob hunc librum male audiuit, idque non immerito, quippe qui in iactandis libris antiquis uix et ne uix quidem mendacii probrum effugerit. Ceterum ingenio et doctrinae copia multa feliciter tentauit et correxit. — Quae in Barthii editione male gesta erant, *Ianus Vlitius* (Auctores rei uenaticae cum Bucolicis Nemesiani et Calpurnii. cum Comment. I. Vlitii. Ex offic. Elzeuiriana. 1645. nouo titulo addito 1653. 12. Eiusdem curae secundae 1655.) restituit, qui ex libris supra significatis artem criticam, nec non exegeticam, quae dicitur, in constituendis Calpurnii uersibus factitauit. — Post illius uiri operam haec studia aliquantum substiterunt. Namque etiam ea, quae proxime excusa est editio *Poetae Latini ueteres rei uenaticae scriptores et Bucolici antiqui cum notis integris uirorum doctorum.* Lugduni Bat. et Hagae Com. 1728 4.) praeter collectas priorum editorum adnotationes pauca habet, quibus per se commendetur. Insunt autem in ea Ascensii, Guidalotti, Titii, Martellii, Barthii Commentarii, nec non Gerardi Kempferi Notae in Eclogas tres priores: alia, quae minus ad rem faciunt. Praeterea addita est collatio edit. Ascensianae.

Adornata esse fertur haec editio splendida consilio *Sig. Hauercampi et Rob. Brucii:* ipsa Calpurnii uerba fere intacta, uti tum erant constituta, reliquerunt. — Plura sine dubio emendare potuisset *Petr. Burmannus* (Poetae Latini minores, cum integris doctorum uirorum notis et quorundam excerptis. Leidae. 1731. 4. tomis II.), nisi properatione usus esset importuna, ad quam sine dubio abripi se passus est odio illo, quod in Praefatione et in ipso Comment. aduersus duos illos editores acerbissime exercuit. Etenim Burmannus multa habuit subsidia, ex quibus tamen optima aut plane reiecit, aut ad libri calcem relegauit, quasi uero ipsi eis non opus fuisset. Quid enim hoc sibi uult, si dicit, se ea serio accepisse? Retractanda fuerunt, quae ille tanquam perfecta retinuit. Nemesiani et Calpurnii Eclogae apud eum exstant in tomo priore, instructae cum ipsius, tum aliorum, nec non R. Titii notis ineditis, omissis tamen Ascensii et Guidalotti Commentariis. Subsidia, quae in ipso Comment. adhibita sunt, praeter Vlitii copias Burmanno fuerunt haec: *ed. Heinsii*, *ed. Vossianus*, *ed. Doruillianus* (*quartus* propter sequentia add.): nihil autem de externa eorum conditione attulit. Ex editionibus habuit ed. Rom. et Florent. Iuntae, sed hanc ne inspexit quidem. Ad eiusdem tomi calcem addita sunt Doruillii Excerpta, in quibus ab hoc uiro scripturae trium codicum enotatae sunt. De his omnibus supra iam disputatum est. — Secundum Burmanni recensionem expressa est *ed. Glasguensis*. 1752. 8. *ed. Mitauiensis*. 1774. 8. (cum Burmanni integris, aliorumque selectis adnott.). *Poetae Lat. ueteres. Florentiae* 1827–29. 8 mai. et fortasse *Collectio Pisaurensis*. 1766. 4. *Corpus poetarum Lat. ed. Walker. Londini* 17. . (?). — Rursus post longum temporis spatium nouus praeclareque meritus exstitit Calpurnii Eclogarum editor, *Io. Christian. Wernsdorfius* (Poetae Lat. min. tom. II. Altenburgi. 1780. 8. cum Introductione copiosissima et Commentario.). Et multa sane haec editio habet, quae summa cum laude commemoranda sunt: uerum in critica arte factitanda ne Wernsdorf. quidem ita uersatus est, ut satis fecisse uideatur. Codicum enim auxilio fere destitutus (praeter *cd. Gothanum* ei ad manus fuit nullus) editionibus, quas partim ipse contulit, partim ex aliorum collatione cognitas habuit, nimium tribuit, quo factum est, ut saepe a uera scriptura,

quam codices praebent, descisceret, omninoque etiam eis copiis, quas ex aliis libris mss. a prioribus editoribus congestas in usum uocare potuisset, non religiose, ne dicam negligenter uteretur. Ex editionibus antiquis praesto fuerunt Wernsdorfio *Dauentriensis* a. 1491., *Nordheimensis*, *Coloniensis* (s. a.), *Parmensis* (ex aliorum collatione), *Ascensiana* (sec. collationem editioni [Hauercampi] adiectam), *Florentina Iuntae* (ex Franckii notitia luculenta!) *Viennensis*, *Aldina prior*, *Lugdunensis*, *Basileensis*, *Pithoeana:* quarum series numero magis, quam pretio insignis est, cum plures earum merae sint repetitiones; eae uero, quae uere sunt pretiosae, non ab ipso Wernsdorfio sunt collatae, sed ab aliis, quod quam diligenter sit factum, ex repetito earum usu diiudicari poterit. — Ex Burmanni et Wernsdorfii editionibus concinnata est *editio Beckii* (T. Calp. Sic. Eclogae. Lipsiae. 1803. 8.): non ita diligenter in hac re ille uersatus est, nec noua subsidia circumspexit, uerum eius studium in reficiendo uerborum contextu non plane est contemnendum: tantum coniecturis idem hic illic praeter necessitatem obtemperauit, et in ea uia, qua ad ueram scripturam aliquoties perductus est, nequaquam perseuerauit. — Reliqui quoque, qui Calpurnii Eclogas tractarunt, eis, quae antea congesta sunt, contenti esse uidentur, omninoque Calpurnii carmina explicanda atque interpretanda, non critice emendanda sibi sumpserunt: hi sunt *Adelung* (Calpurnius ländliche Gedichte übers. und erklärt pp. mit dem Lat. Texte. Petersburg. 1804. 4.), *Wiss* (Calp. auserlesene Gedichte pp. Leipzig. 1805. 8.), *Klausen* (Calp. Idyllen nach dem Beck'schen Texte und mit diesem pp. Altona. 1807. 8.). — Ipse uerborum contextus postea denuo excusus est in *Poet. Lat. min. ed. Lemaire.* Parisiis 1824. 8. — In *Corp. poetarum Lat. ed. Weber.* Francofurti ad Moen. 1833. 8 mai. (sec. Burmannum et Wernsdorfium). — *Virgilii Bucolica et T. Calpurnii Bucolica c. append. carminum posterioris aeui in usum scholarum ed. Grauff.* Bernae. 1830. 8. Nouissime *Nemesiani*, si Dis placet, *Eclogas quattuor* Germanice interpretatus est *R. Müller* 1834. 8. Zeitz. addito uerborum contextu. (1839. 8. ed. noua). —

Equidem de consilio meo in Praefatione dixi: restat igitur, ut siglarum, quibus in denotandis libris usus sum, ratio reddatur.

P. cd. Palatinus.
V. cd. Vossianus.
H. cd. Heinsii.
*D*1. *D*2. *D*3. *D*4. } Codices Doruilliani a. b. c. d.
G. cd. Gothanus.
M. cd. Modii.
Π. cd. Parisiensis.
*R*1. *R*2. } cdd. Rehdigerani.

Guidalotti et Titii codices simplici sigla afferre non amplius ratum esse mihi est uisum.

---

r. ed. Romana pr.
*d*1. ed. Dauentriensis prior.
*d*2. ed. Dauentr. altera.
n. ed. Nordheimensis.
c. ed. Coloniensis.
a. ed. Ascensiana.
p. ed. Parmensis.
β. ed. Bononiensis.
α. Ald. ap. Burm. in Excerptis Doruill.
*f*1. ed. Florentina Iuntae.
v. ed. Viennensis.
*a*1. ed. Aldina prior.
t. ed. Tigurina.
*a*2. ed. Aldina altera.
s. ed. Augustana.
g. ed. Lugd. Gryphii.
*f*2. ed. Florentina Titii.
b. ed. Brassicani.
o. ed. Oporini Basil.
ψ. ed. Germ. ἄτοπος.
π. ed. Pithoeana.
I. ed. Barthii.
II. ed. Vlitii.
III. ed. Burmanni.
IIII. ed. Wernsdorfii.

Librorum, in quibus de singulis quibusdam Calpurnii uersibus disputatum est, suo loco fiet mentio. Criticam meam rationem in hunc modum propono:



TESTIMONIA ET IUDICIA DE TITO CALPURNIO SICULO.

1. Flauius Vopiscus Vita Cari cap. 8. (?).
Iunius Calpurnius, qui ad memoriam dictabat, talem ad Praefectum Vrbis super morte Cari epistolam dedit: inter caetera: Quum, inquit, Carus princeps noster uere carus aegrotaret, tanti turbinis subito exorta tempestas est, ut caligarent omnia, neque alter alterum nosceret etc.

2. Iacobus de Cesollis, scriptor saec. XIII. lib. IIII. de bello Schaccico, inter plura Ouidii, Senecae, Plinii, Iuuenalis testimonia, quibus incontinentiam mulierum probare uult,

etiam hoc e Calpurnii Ecl. III, 10. adducit: *Mobilior uentis o femina:* ubi *Scalpurius* uitiose pro *Calpurnius* exstat. Casp. Barth. eum locum e libro scripto, qui apud ipsum exstabat, producit et emendat Aduerss. 49, 14.

3. Franc. Petrarcha lib. 38. Variar. epist. ad Gulielmum de Pastrengo, Veronensem:

Expecto etiam Calpurni Bucolicum carmen, et tuam Varonis agriculturam. Affert Laur. Pignorius Symb. epist. Ep. XVI. p. 65.

4. Angel. Politianus in Nutric. p. 542. Oper.

. . . . Quid rustica dicam
Iubila pastorum siluis meditata sub altis?
Vt patrias Moschus non inficietur auenas,
Externasque Bion: ut opaca Tityron umbra
Prouocet Ausonio Calpurni fistula cantu?

5. Petrus Crinitus de Poetis Latinis lib. V. cap. 81.

T. Calphurnius natione Siculus fuit, ut inscriptiones ueterum codicum probant. Inter eos poetas relatus est, qui scripserunt Bucolicum carmen. In hoc enim iudicio eruditorum magnopere excelluit, cum gratia carminis, tum elegantia et proprietate. Per eadem tempora floruit, quibus Diocletianus Caesar et Constantii Principes Romanum imperium moderati sunt etc.

6. Erasmus Roterod. in Paneg. Philippi, Burgundionum Principis. Tom. IV. Oper. pag. 523.

Non dicam regiam oris dignitatem, ac totam faciem sic ex amabili quadam uenustate pariter ac maiestate temperatam, ut neque gratia minuat reuerentiam, neque dignitas officiat gratiae, qualem arbitror fuisse illi, in quo uno geminos uultus Martis atque Apollinis apparuisse scripsit Calphurnius, idque in rustico quidem carmine, sed quo nihil possit dici minus rusticum. (cf. Ecl. VII. extr.)

7. Gyraldus de poetarum historia, dial. IV.

Iulius Titus Calpurnius, in insula Sicilia natus, unde illi cognomen Siculus. Bucolica hic scripsit, quae extant, et a multis leguntur probanturque. Ego certe in eo facilitatem et sermonis uolubilitatem, sed parum interdum nerui et concinnitatis offendi. Fuit quidem, cum ego omnes septem eclogas auidissime legerem, nam et me puero magni quidam professores, ut tunc erant tempora, eas etiam publice praelegebant. etc.

8. Iul. Caes. Scaliger in Hypercrit. cap. V.
Calphurnio qui post Maronem primas deferant, inueni. Quod iudicium neutiquam probatur mihi: laxus enim et tumidus est. Is tamen cum uersus saepe fundat non contemnendos, permittit me legentem dormitare: nusquam acuit, nusquam tenet: aueoque frequenter absoluere, quae uixdum occoepi uidere.

9. Casp. Barthius Aduerss. 34, 2.
In meliori genere censeo Bucolicos duos poetas, Nemesianum et Calpurnium, qui licet ad diuinitatem Maronis nihil faciant, simplicitate tamen loquendi non sunt indigni, qui diligantur. Non enim in iis sunt partibus, qui acutarum sententiarum affectatione barbaris ingruentibus exemplo et occasioni fuere omnem eloquentiam corrumpendi, et uelut praecipitio deiiciendi.

10. Renatus Rapinus diss. de carmine pastorali, p. 193.
Ambo (*Calpurnius et Nemesianus*) pro temporum conditione tolerabiles illi quidem, sed cum beata illa Augusti aetate nullo modo comparandi. Neuter enim Virgilii succum expressit. Quod de Nemesiano in primis satis apparet, qui tametsi puri sermonis amans uideri uelit, uix tamen satis liber est a crepundiis nugisque puerilibus. Gentis suae superauit quidem indolem uir Afer; sed ingenuitatis cum maxime studiosus uideri uult, semper aliquid prae se fert transmarinae peregrinitatis. Non maiori laude dignus est Calphurnius quantumuis Siculus. In eo recognoscas formam quidem amoenitatis et ingenii aliquam, sed rudem atque imperfectam: suos habuit tamen laudatores, apud quos molli satis et nuda scribendi dulcedine commendabilis habetur, sed nihil ad ingenuitatem simplicitatemque plane mirificam Virgilii.

11. Olaus Borrichius de poet. Latt. diss. II. §. 45.
Opus Calpurnii ingeniosum, temperatum et a scopulis tumoris et humilitatis alienum.

12. Petr. Burmannus in Praef. ad Poet. Lat. min.
De ipsis scriptoribus (Calpurnio et Nemesiano) eorumque eruditione et elegantia post iudicia aliorum nihil dicam, quam abunde uiri docti offenderint, elegantes, acutos et numerosos esse, dignosque, qui post Virgilium in hoc scribendi genere secundum locum occupent, ideoque mereri, ut non tironum modo, sed eruditissimorum manibus uersentur: neque male iudicasse *Clericum* Art. Crit. Part. I. cap. II. §. 2. n. 4.

qui Virgilii Eclogis addenda horum poemata suadet, fatendum est.

His, quae ex Wernsdorfii editione repetita sunt, aliud de Calpurnio testimonium, ex *Brassicani Praefatione* adiiciam.

(Calpurnium) scito eum fuisse Siculum, inter eos relatum qui Bucolicum carmen scripsere, atque hoc iudicio eruditorum multis parasangis excelluisse cum carminis uenere, tum et elegantia et proprietate, decoro ipso sententiarumque grauitate undique ad amussim seruatis. Autores non mali scribunt, eum sub Diocletiano et Constantiis principibus floruisse: uidetur tamen, ut ex multis eius carminibus deprehendi potest, Diui Augusti tempore uixisse. *etc. Et paulo infra:*

Vnde non satis mirari possum, Calphurnium tam diu apud blattas delituisse, tam multis annis cum uermibus librariis bella gessisse, qui excepto uno, poetarum principe, Virgilio, quem nullius unquam scientiae error, ut Macrobius scribit, inuoluit, magnam suo carmine meruit laudem, multam iuuentae attulit frugem, et in hoc Maronianis ludicris, ne dicam secundus, uerum paene prior. Apertus est, non scatet ambagibus, transmarino sale ubique feliciter usus. Adagionibus lusit tanquam condimentis, non cibis, ad gratiam, non ad satietatem, omnia propriis et propria omnibus reddens: unde ceu quibusdam stellulis lucet, figurarum arridet coloribus, sententiarum nitet gemmulis, festiuitatis blanditur cupediis. Denique ipsa aurea breuitate mirum in modum delectat et excitat, dignus

Nocturno studio quem uoluant atque diurno
Egregii iuuenes, primis Heliconia Tempe
Qui cupiunt lustris.

TITI CALPVRNII SICVLI BVCOLICON. *)

*) *Ita Vlit. et Burm. inscripserunt.* T. Calphurnii Siculi Bucolicon *f1.* — C. Calphurnii bucolicum incipit feliciter *ra.* — C. Calpurnii carmen bucolicum incipit feliciter *V.* — C. Calphurnii poetae clarissimi: Buccolicon carmen incipit *R1.* — Calphurnii poetae ad Nemesianum Carthaginensem Bucolica incipit *R2.* — Titi [Caii *adscr.*] Calphurnii Siculi Bucolicum carmen *d2.* — Titi Calphurni Siculi Bucolicum carmen ad Nemesianum Karthaginensem incipit *p.* — Titi Calpurni Siculi Bucolicum carmen ad Nemesianum Carthaginensem Incipit *β.* — T. Calphurnii Siculi Bucolicum carmen ad Nemesianum Carthaginiensem *a2. sf2.* — Titi Calphurnii Siculi Poetae Carmen bucolicum *b.* — T. Calphurnii poetae Siculi Egl. I. *o.* — Titi Calphurnii Siculi Bucolicon carmen *II.* — T. Calpurni Siculi Eclogae VII. Bucolicae ad Nemesianum Carthaginiensem *I.* — Ad Nemesianum *om. R1. rad2. f1. va1. bo.* — Ad Numerianum Caesarem *Vlit. c.* — *Siciliam patriam Calpurnio tribui in cdd. mss. memorat Petr. Crinitus de Poetis Lat. lib. V. cap. 81. sec. Barth. Aduers. 43, 4.* — *Cum his comparari possunt, quae de codicum quorundam nondum collatorum inscriptionibus a me proposita sunt in Programm. Gymnasii Frederic. Vratislauiae a. 1839. pag. 4.*

ARGUMENTA BUCOLICORUM CALPURNII ASCENSIANA.

Primo diuini memorantur carmina Fauni.
Inque altro Crotales gemini recitantur amores.
In terno Lycidas canit acres Phyllidis ignes.
In quarto Augustum Corydon laudat Meliboeo.
In quinto genitor dat rustica dogmata gnato.
In sexto sese riuales uoce lacessunt.
Ast in septeno spectacula laudat et urbem.
Octauo extincti probitas canitur Meliboei.
In nono Donacen canit Astachus et puer Alcon.
In decimo Bacchi laudes canit, et bona uini.
Vndecimo *) Meroes puerique canuntur amores.

IOANNIS ALEXANDRI BRASSICANI PERIOCHAE.

Ecl. I.

Caesaris Augusti laudes tenet Ecloga prima:
Ornitus, ut summa conscriptas cortice monstrat,
Hinc celebrat docto Saturnia tempora uersu,
Proelia dehinc, sperans in cunctis Caesaris aures.

Ecl. II.

Proxima fert Crotales flammas caecosque furores;
Asthacus atque Idas quam concomitantur amore.
Arbiter at Thyrsus bino quod pignore certent,
Hos iubet, inde pares discedunt iudice Thyrso.

Ecl. III.

Vallibus horrendis uaccam disquirit Iolas,
Quam Lycidas pastor syluis negat esse canoris.
Tityrus arguta dehinc promit carmina uoce,
Phyllida quis gaudet iunctis celebrare cicutis.

Ecl. IV.

Laudibus egregiis Corydon sub nomine uatis
Augustum celebrat, quas cum Meliboeus amicus
Nouit, inexplicito subito inflammatur amore
Caesaris, hinc fratrem properato carmine laudat.

*) Vndecima *Wernsd. habet.*

Ecl. V.

Non Varro, neque Palladius, Columella, Catoque,
Non ita Virgilius seruanda dedere colono,
Quanta breui hic Canthus sumit praecepta Mycone,
Ordine quo certo possit sibi uiuere amicus.

Ecl. V.

Astylus et Lycidas, quos semper sexus uterque
Sollicitos tenuit, miseris periere periclis.
Arbiter hinc Mnasyllus amat discernere lites,
Sed fugit, ut stulti nimium crudelia tentant.

Ecl. VII.

Hic Corydon ludos uaria docet arte Lycotam.
Comprensum circo narrat genus omne ferarum,
Deinde palaestritas multo certasse labore.
Cuncta sinu Augusti sunt concertantia laudes.

Ecl. [I. Nemesiani] VIII.

Tityron in gelido flectentem gramina fiscos
Accedit iuuenis, cupiens, canat ore sonoro.
At negat illa senex, iuueni sunt fortia, dicens,
Membra: decet lapsum tollat super aethera amicum.

Ecl. [II.] VIIII.

Astacus atque Alcon Donacen coluere puellam:
Multa habuere simul Veneris commercia primae.
Illa ubi resciuit pater, imo carcere natam
Clausit: amans queritur tristi sua damna furore.

Ecl. [III.] X.

Nyctilus atque Mycon, socius quoque pulcher Amyntas,
Arcadiae diuo fesso rapuere cicutam.
Qui fugat ut placidum lasso de corpore somnum,
Et genus et Bacchi comites docet ordine certo.

Ecl. [IV.] XI.

Mopsus amat Meroen, miseri formosus Iolas
Ignis edax Lycidae. Qui cum dant membra sopori,
Semper amat Meroen Mopsus, petit alter Iolam:
Sic nulla alta quies, duro qui indulget amori.

Adnot. *In ipsa Brassicani editione, ex qua hae Periochae leuibus erroribus emendatis transcriptae sunt, eae singulis Eclogis praemittuntur: satius autem duxi, eas hoc loco summatim proponere.*

TITI CALPVRNII SICVLI BVCOLICON

Ecloga I.

CORYDON. ORNITUS.

C. Nondum Solis equos decliuis mitigat aestas,
Quamuis et madidis incumbant praela racemis,
Et spument rauco feruentia musta susurro.
Cernis, ut ecce pater quas tradidit, Ornite, uaccae
Molliter hirsuta latus explicuere genista? 5
Nos quoque uicinis cur non succedimus umbris?
Torrida cur solo defendimus ora galero?

O. Hoc potius, frater Corydon, nemus, antra petamus
Ista patris Fauni, graciles ubi pinea denset
Silua comas, rapidoque caput leuat obuia soli, 10
Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa
Protegit et ramis errantibus implicat umbras.

C. Quo me cunque uocas, sequar, Ornite: nam mea Leuce,

Coridon. ornitus *R* 1. 2. *rabo.* Ornitus. Corydon *uulgo*, *ita ut* O. *u.* 1-3. C. *u.* 4-7. *tribuantur: rationem nostram Vlit. quoque prob.* cf. descriptio cd. Vindob. Delos *inscr. f* 1. *π rell. Beck. omisit.* Deus *Vlit. c.* Faunus *hanc Ecl. inscribendam censet Beck.* 1) Non Dum *R* 1. Nundum *R* 2. ondum *af* 1. *d* 2. decliuus *π.* dediuis *P.* declinis *Heins. c.* estas *r.* Aestas *β.* Or. *om. π.* 2) Quanuis *d* 2. Quatinus *VGR* 1. *r.* Quatenus *P.* prela *R* 1. *r bo π.* incumbat *H.* praeda *HΠ.* racaemis *d* 2. 3) ī iusta *π.* 4) et ecce *D* 2. 4. ornithe *a* (*ubique*). uacce *π r.* uaccas *D* 4. *R* 2. Co. *in π om. in d* 2. *oblitt.* 5) Molliter hirſ. *D* 1. *prob. Beck.* Molle sub hirs. *uulgo.* hirsusta *D* 2. hirsuta *π.* = genesta *P D* 4. *pβ d* 1. 2. *a* 2. *s. prob. Beck. in Glossar.* explicare genestra *R* 2. 6) Quor (*uti u. seq.*) *VR* 1. *r.* ulmis *aliqui legunt*, *Tit.* umbrae *Tit. affert.* 8) antra p. Ista *D* 1. ista p. Antra *uulgo.* Nec *R* 2. pocius *π.* Coridon *R* 1. *rI.* 9) gracilis *P VD* 4. *R* 1. 2. *r d* 1. 2. *apβf* 1. *v bo.* gracileis *a* 2. *sgf* 2. *πI.* denset *ΠPVD* 4. densent *D* 1. densat *uulgo.* 10) rapidosque *R* 2. leua *R* 1. 11) Bullantis *R* 1. *ra.* Bullanteis *I.* Bullentes *R* 2. *d* 2. palantes *Heins. c.* 13) qunque *R* 2. uacas *π.* sequar *D* 1. sequor *uulgo.* Lauce *D* 2. *R* 2. Laute *D* 3. Lāce *D* 4. Lerne *V.* Lene *R* 1. *Grad* 2. *adscr.* luce *β* (*in comm. Guid. habet* Leuce).

Dum negat amplexus nocturnaque gaudia, nobis
15 Peruia cornigeri fecit sacraria Fauni.
O. Prome igitur calamos, et si qua recondita seruas:
Nec tibi defuerit mea fistula, quam mihi nuper
Matura docilis compegit arundine Lygdon.
Et iam captatae pariter successimus umbrae:
20 Sed quaenam sacra descripta est pagina fago,
Quam modo nescio quis properanti falce notauit?
Aspicis, ut uirides etiam nunc littera rimas
Seruet et arenti nondum se laxet hiatu?
C. Ornite, fer propius tua lumina: tu potes alto
25 Cortice descriptos citius percurrere uersus,
Nam tibi longa satis pater internodia largus,
Procerumque dedit mater non inuida corpus.
O. Non pastor, non haec triuiali more uiator,
Sed Deus ipse canit: nihil armentale resultant,
30 Nec montana sacros distinguunt iubila uersus.

---

14) noct. nasura *D* 1. 15) preuia *D* 4. *π*. phauni *R* 2. Fanni *Π*. 16) *deest in β*. siqua *R* 1. 2. *f* 1. seruas: *r. Beck. post hunc u. excidisse aliquid suspicatur. Vulgo u.* 16-21. Or. *u.* 22-27. Cor. *tribuuntur*. Or. *om. ΠR* 2. 17) noua fist. *VGR* 1. *r a b o d* 2. *adscr. prob. Burm. recepit Beck. uerbis male intellectis.* pystula *R* 2. phystula *d* 2 (*ubique*). 18) Natura *π*, *affert Kempfer.* docti *D* 1. *m. sec.* docili *aut* docilem *Beck. c.* harundine *R* 1. 2. *d* 2. *p β a* 2. *s f* 2. Ligdon *β b*. Lydon *VGR* 1. 2. *r a*. 19) Cor. *praef. in d* 1. 2. captate *r*. pariter *om. Hπ*. umbre *r*. antro *Pp*. 20) Cor. *add. R* 1. 2. *r a b o d* 2. *adscr. usque ad u.* 28. quenam *r*. que nam *R* 1. 2. quae nam *p β a* 2. *s f* 1. *b π*. sacro *R* 2. est *om. Pp*. 21) nescio qui *D* 1. nescioquis *r*. notau *R* 1. 22) Aspicis *R* 1. 2. *r d* 2. *a p β f* 1. 2. *a* 2. *s*. ut] et *P*. tunc *v*. litera *Π*. littora *R* 2. or. *om. R* 1. *r a d* 2. *b*. 23) harenti *R* 2. non dum *R* 1. 2. *f* 1. lasset *D* 3. laxat *d* 1. 2. 24) C. *add. R* 2. *π*, *quod recepi*. proprius *G*. tua] tu *d* 1. 2. (*in hac adscr.* tua) alto (*corr. uid.*) *R* 2. altos *D* 2. 25) cicius *R* 2. (t. *corr. ead. m.*) sycios *H Π*. ertius *P*. percurrere certius orsus *Barth. hinc c.* uersus] uisus *Kempfer. ex edd. quibusd. affert.* 26) loga *f* 1. 28) triuiali] tibi uili *D* 1. *m. sec.* riuali *o*. uiator] sacerdos *R* 1. mole uiatur *R* 2. non hec *Π*. non hoc *uulgo*. 29) Sede *R* 1. nichil *π*. resultant *D* 3. *affert Guid. ad Ecl.* 4, 5. *Heins. c.* resultat *uulgo: hoc uoc. in R* 1. *al. m. additum.* 30) Nec *D* 1. 2. *V* (*Π*?) *r a b o*, *Guid. ex sincero cd. Beck. rec.* Non *uulgo.* distingunt *P* (*sec. Barth. qui tamen dicit in eo esse* distinguunt [?]) *R* 2.

C. Mira refers: sed rumpe moras, oculoque sequaci
Quam primum nobis diuinum perlege carmen.
O. Qui iuga, qui siluas tueor, satus aethere, Faunus
Haec populis uentura cano: iuuat arbore sacra
Laeta patefactis incidere carmina fatis. 35
Vos o praecipue nemorum gaudete coloni,
Vos populi gaudete mei: licet omne uagetur
Securo custode pecus, nocturnaque pastor
Claudere fraxinea nolit praesepia crate.
Non tamen insidias praedator ouilibus ullas 40
Afferet, aut laxis abiget iumenta capistris.
Aurea secura cum pace renascitur aetas,
Et redit ad terras tandem squalore situque
Alma Themis posito, iuuenemque beata sequuntur
Saecula, maternis causam qui uicit in ulnis. 45
Dum populos Deus ipse reget, dabit impia uictas
Post tergum Bellona manus, spoliataque telis
In sua uesanos torquebit uiscera morsus,

---

*pβf*1. destingunt *P* (*sec. Gebhard.*) *D*2.*a*. destringunt *D*4. distinguit *R*1. desringunt sibila *Heins. c.* iubilia *π*. nubila *D*4. *R*2. 31) *hic u. in D*1. *postpon. u. seq.* 32) per lege *R*2. praelege *Gud. c.* 33) ethere *Πr*. phaunus *R*2. tutor *Ascens. in lemm.* 34) Hec *ΠR*1.*ra*. populis *om. P*. 35) Leta *ΠR*1.*r*. lucidere c. fagis *Π*. fagis *libri omnes:* fatis *Heins. et Vlit. cc. Kempfer. et Wernsd. probb. recepit.* 36) Vos *ω̃ d*2 (*ubique*). precipue *R*1.*r*. Ros o precipue numemoram *R*2. memorum *D*2. nenorum *D*3. Nim eo gaudetur *D*1. 38) pecus *om. HΠ.* 39) flaxinea *PD*4. fraginea noluit *R*2. presepia *R*1*r*. 40) predator *R*1.*rpβ*. ouibus *R*2. 41) afferret *Π*. affert *p*. laxit iuuenta *G*. abiget] arcebit *fuisse uidetur in D*1.4. 42) *deest hic u. in D*1. Aurea Saturni *Friesemann. collect. crit. c.* sincera cum *Burm. c.* etas *Πr*. 43) reddit *Π*. squallore *boβa*2.*sf*2.*π*. 44) iuuenem que *r*. secuntur *pβf*1. sequentur *Kempfer in lemm.* 45) secula *raf*1.*pβa*2.*s*. causam *HΠ R*1.*rd*2.*apβf*1.2.*a*2.*sbo*. caussam *PVπ*. caussas *Burm. c. recepit Beck.* curam *D*4.*R*.2. *Burm. c.* uicit *D*1. *HΠ.* lusit *uulgo.* ludit *D*1.2 (*in hac adscr.* lusit). in ulnis *D*1.*f*1.*va*.1.*boπ rell.* lulis *PVD*2.3. *GR*1.2.*rd*2.*apβa*2.*sf*2. uilis *Π*. lusit i . . . . *D*4. 46) populus *a*. uictas *D*1.2.3. *abo I*. uictas *et supra* uĭctus *Π*. uinctas *uulgo.* iunctas *pβ* (*Guid. in comm.* uinctas) *a*2.*sf*2. (uinctas *Tit. affert*) uĭctas *R*2. 47) taelis *d*2. 48) Insua *R*1. uexanos *R*2. uesano. morsu *D*1. torquebat *G*.

Et modo quae toto ciuilia distulit orbe,
50 Secum bella geret. Nullos iam Roma Philippos
Deflebit, nullos ducet captiua triumphos.
Omnia Tartareo subigentur carcere bella,
Immergentque caput tenebris, lucemque timebunt.
Candida pax aderit, nec solum candida uultu,
55 Qualis saepe fuit, quae libera Marte professo,
Quae domito procul hoste, tamen grassantibus armis
Publica diffudit tacito discordia ferro.
Omne procul uitium simulatae cedere pacis
Iussit, et insanos Clementia contudit enses.
60 Nulla catenati feralis pompa senatus
Carnificum lassabit opus, nec carcere pleno
Infelix raros numerabit curia patres.
Plena quies aderit, quae stricti nescia ferri
Altera Saturni referet Latialia regna,
65 Altera regna Numae, qui primus ouantia caede
Agmina, Romuleis et adhuc ardentia castris
Pacis opus docuit, iussitque silentibus armis

---

49) que *R*1.*r.* destulit *D*2. 50) Philipos *Π.* 51) *deest hic u. in P V D*2.3.4.*R*1.2.*r d*1.2.*a.* nullosque sui *aut* ducis *aut* ducum *Heins. c.* triumpos *Π.* 52) subiguntur *Π.* subdentur *V G R*1.*r a.* claudentur *Vlit. c.* 53) im uguntque caput *Π.* 54) Candia pax *β.* nec] non *D*4. *Kempfer. in lemm.* candidi uultu *R*2. uoltu *Grabo.* cultu *Dempster. de Etrur. Reg. cap.* 86. *c.* 55) Quali *Burm. c.* sepe *r.* que *R*1.2.*r.* quam (*uti u. seq.*) *Barth. Heins. Burm. cc.* quum (*uti u. seq.*) *Beck. c.* matre *P.* professo (*Π?*) *G R*1.2.*r d*1.2.*a b o π Mod. c.* profusso *p.* profuso *β f*1.2.*a*2.*s ψ.* 56) que *R*1.2.*r.* domitto *β.* Et domito *Burm. c.* crassantibus *V G D*3.*R*1.2.*r.d*1.2. cessantibus *Heins. c.* 57) diffugit *V G R*1.*r.* tacita *ab initio Π* (o *corr. uid.*). tacito *aut* tacite Discordia
t *ead. m. corr.*
Beck. c. 58) porcul *s.* uicium *R*2. uicium *a.* simulate *Π.* caedere *I.* credere *D*2. condere *P.* 59) insano *s.* dementia *P G D*3.*R*2.*r a f*1.*ν p o, Guid. ex antiq. cdd. Tit. ex cd. d*2. *corr.* contudit *P.* cõtũdit *R*2. concedit *in marg.* truderit *D*1. condidit *uulgo.* ensis *R*1.*r a f*1.*b o.* enseis *π I. II. III.* 60) cathenati *Π R*1.2.*r a f*1.*b o π.* 61) laxabit *Π P D*4. *idem in D*1. *sed m. sec.* lassabit. laxabat *R*2. plenos *G.* 62) infoelix *R*2.*d*2.*a f*1. infaelix *R*1. 63) que *R*1.*r.* 64) referet *D*1. reuocet
t *ead. m. corr*
uulgo. reuoces *p.* lacialia *Π.* lacialia *R*2. 65) nume *r.* Hume *R*1. qua *s.* primum *p.* 66) ad huc *R*2. 67) sillentibus *R*2.

Inter sacra tubas, non inter bella sonare.
Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris,
Nec uacuos tacitus fasces et inane tribunal 70
Accipiet consul, sed legibus omne reductis
Ius aderit, moremque fori uultumque priorem
Reddet, et afflictum melior deus auferet aeuum.
Exsultet, quaecunque Notum gens ima iacentem,
Erectumque colit Boream, quaecunque uel ortu 75
Vel patet occasu, medioue sub aethere feruit.
Cernitis, ut puro nox iam uicesima coelo
Fulgeat, et placida radiantem luce cometem
Proferat? ut liquidum nutet sine uulnere plenus?
Numquid utrumque polum, sicut solet, igne cruento 80

---

70) uanos *Burm. c.* faces (fasces *adscr.*) *d* 2. nec inane *d* 1. 2. etiam ne *D* 2. *R* 1. *ra.* eī ne *R* 2. etiamne *VGD* 4. 72) uoltumque *rabo.* legemque priorem *affert Barth. Adu.* 44, 15. 73) *deest hic u. in D* 3. Reddet (*sic*) *p.* adflictum *R* 1. *rd* 2. *adscr.* aflictum *p.* aufferet *R* 2. afferet *R* 1. afferet *D* 1. *HΠ.* euum *Π.* euom *r.* 74) Exultet *R* 1. 2. *rad* 2. *f* 1. *βba* 2. *s.* quecunque *R* 1. *r.* notum g. mia *R.* 2. nothum *pa* 2. *sf.* 2. ima] in tua *D* 1. 75) Errectumque *o.* Ereptumque *D* 1. *HΠ.* Euectumque *Heins. et Kempfer. cc.* Borean *G*, *Beck. recepit.* quecunque *R* 1. *r.* quaecunque *R* 2. 76) medio ue *R* 2. *rpf* 1. medioque *Kempfer. in lemm.* ethere *r.* feruit (*Π?*) *f* 1. *νa* 1. *tπ probb. Mod. et Barth.* seruit *PGD* 2. 3. 4. *R* 1. 2. *rd* 1. 2. *apβa* 2. *sgf* 2. *bo*, *defend. Martell.* feruet *Tit. c. I.* 77) uicesima *Vr Kempfer. in lemm. Wernsd. et Beck. receperunt.* uigesima *rell.* celo *R* 1. cęlo *R* 2. 78) et placida radiantem *D* 1. 2. 3. *prob. Beck.* et *VGravα* 1. *bo.* ac *D* 4. *R* 2. ut *Pd* 2. *pβf* 1. 2. *a* 2. *sψ*, *uti uulgo.* ut placida radiantem *πI. II.* placidam *Π.* ut placida radiatum *cdd. Titii.* placidam radianti *PD* 4. placidam radienti *R* 2. placidum radianti *Vra d* 2. *pβf* 1. 2. *a* 2. *boψ prob. Barth.* — Fulgeat? ut placidum radianti *uulgo.* cometen *R* 1. *rabod* 2. *corr. recepit Beck.* 79) nitidum *V.* nutet *VGR* 1. *raboa* 2. *f* 2. *I*, *recepit Wernsd.* nutat *Pd* 1. 2. *pβ* (*Guid. in Comm.* nutet) *f* 1. *νa* 1. *tψ.* mutet *D* 3. mutat *D* 1. 4. mittat *ΠR* 2 (*cuius ad marg.* alī mutat) *πII. III.* nictet *Barth. c.* niteat *Vlit. c.* uolnere *r.* plenus *D* 1. *HΠ* (*intell.* cometes). sidus *uulgo.* sydus *R* 2. *rpa.* lumen *Burm. c.* 80) Nunquid *d* 1. 2. *pβa* 2. *sf* 2. (*Π?*). Dumquid *D* 1. *m. pr.* Non quod *PD* 2. 4. *R* 2. *prob. Barth.* Non per *R* 1. *raf* 1. *νa* 1. *boπI. II. III. Guid. ex integro cd. Tit. ex cdd.* Non quoque *aut* Nunc nec *Burm. c.* Non per u. p. sese ut *Barth. c.* utrunque *R* 2. *π.* utrimque *d* 2. cremato *PVD* 2. 3. 4. *GR* 1. 2. *ra.* comato *Barth. c.*

Spargit, et ardenti scintillat sanguine lampas?
At quondam non talis erat, cum Caesare rapto
Indixit miseris fatalia ciuibus arma.
Scilicet ipse Deus Romanae pondera molis
85 Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis,
Vt neque translati sonitu fragor intonet orbis,
Nec prius ex meritis defunctos Roma penates
Censeat, occasus nisi cum respexerit ortus.
C. Ornite, iamdudum uelut ipso numine plenus
90 Me quatit, et mixtus subit inter gaudia terror:
Sed bona facundi ueneremur numina Fauni.
O. Carmina, quae nobis deus obtulit ipse canenda,
Dicamus, teretique sonum modulemur auena:
Forsitan Augustas feret haec Meliboeus ad aures.

---

81) Pergit *D* 1. *Heins. c.* spargitur a. scintillans lumine *Nodell. Not. critt. p.* 86. *coni. Burmanni scriptura in praec. u. seruata.* sintillat *VD* 4. *R* 2. *d* 2. *pβ.* 82) Et quond. *VGR* 1. *ra.* quom *GR* 1. *r.* cum Cesare *Π.* raptum *G.* 83) induxit *D* 3. *a* 1. fatalis *d* 1. 84) Sedis *in marg.* Scilicet *D* 1. *fortasse:* Sed Deus, ipse Deus *sqq.* ipe *R* 2. ipse *suprascr.* ille *Π.* Romane *R* 1. *r.* mollis *b.* 85) in concussa *d* 2. *pβ.* incucussa *R* 2. 86) tralati *f* 1. *νπI.* sonitus *D* 2. *abo.* fraget *R* 2. 87) Hec *R* 1. emeritis *R* 2. *duo cdd. sec. Burm. Barth. adu.* 34, 8. 172, 7. *coni. recte.* et meritis *D* 2. 3. *pd* 1. 2. *Guid. in comm. Barth. c.* penatis *R* 1. *rabo.* 88) sentiat *D* 2. 3. *Barth. c.* occasis *R* 2. quom *R* 1. *r, cdd.* s *ead. m. corr.* *uett. sec. Gronou. Obss.* 3, 7. rexpexerit *R* 2. respexeris *G.* 89) iandudum *b.* uelit *Π,* ueluit *R* 1. ipse munere *R* 2. plenum *Barth. et Burm. cc. receperunt Wernsd. et Beck.* 90) querit *D* 1. intergaudia *R* 1. intergaudia *R* 2. 91) Or. *add. d* 2. *sed oblitt.* facundi *PVHD* 1. 2. 3. *R* 1. (*Π*?) *rad* 1. 2. *Herald. Adu.* 1, 2. *coni.* foecundi *pβf* 1. 2. *a* 1. 2. *sbo π.* secundi *R* 2. ueneramur *G.* phanni *R* 2. 92) Or. *om. ΠR* 1. *rd* 2. *abo.* que *R* 1. *r.* uobis *β.* optulit *R* 2. ipsa can. *D* 1. calenda *f* 1. colenda *a* 1. 93) Discamus *ψ.* teretri *D* 3. modolemur *R* 2. teretisque sono m. auenae *Wernsd. c.* 94) Forsitam angustas fert h. melibeus adaures *R* 2. feret *om. P.* Moelibeus *R* 1. auris *GR* 1. *raf* 1. *bo.* aureis *π.* auras *Π.*

Ecloga II.

IDAS. ASTACUS. THYRSIS.

Intactam Crotalen puer Astacus et puer Idas,
Idas lanigeri dominus gregis, Astacus horti,
Dilexere diu, formosus uterque, nec impar
Voce sonans. Hi cum terras grauis ureret aestas,
Ad gelidos fontes et easdem forte sub umbras 5
Conueniunt, dulcique simul contendere cantu
Pignoribusque parant: placet, hic ut uellera septem,
Ille sui uictus ne messem uindicet horti,
Et magnum certamen erat sub iudice Thyrsi.
Adfuit omne genus pecudum, genus omne ferarum, 10
Et quaecunque uagis altum ferit aera pennis.
Conuenit umbrosa quicunque sub ilice lentas
Pascit oues, Faunusque pater, Satyrique bicornes.

Explicit prima Aegloga Incipit IIa. Pastores duo Astacus et Idas Emuli. Poeta incipit *R*1. *rd*2. *adscr.* In hac Aeloga pastores duo Astacus et Idas contendunt: primum tamen loquitur poeta *a*. Asthacus et Idas *d*2. *pa*2. *f*2. *bo*. Astachus *d*1. Thyrsis *add. f*. 1. *va*1. *π rell.* Pastores duo Astacus et Idas: Poeta inquit *V*. Poeta incipit *bo*. hic loquitur poeta *II*. Crotale *inscrib. f*1. *π*. 1) Crotalen *Grva*1. *π I. II.* crotalē *R*1. Crotalem *D*1. *af*1. *bo*. Crocalen *D*3. 4. *d*2. *pa*2. *sqq. f*2. *prob. Scaliger. ita recentiores.* crocalem *R*2. Astachus *d*2. iddas (*uti u. seq.*) *R*2. Ydas *II*. 2) orti *R*2. 3) sed impar *libri omnes:* neque imp. *Martell. c.* nec imp. *Mod. et Vlit. cc. inde a Burm. recept. prob. Kempfer.* 4) Hi cum terras *D*1. Terras hi cum *uulgo.* terras *om. II.* ii *D*3. *GR*1. *rabo.* hii *Guid. in comm.* ui *d*1. 2. estas *r*. 5) fontis *R*1. *rabo.* fonteis *Tit. I. II.* umbras *D*1. ulmos *uulgo.* 7) parit *D*4. huic (ut *om.*) *D*4. *R*2. hic et *s*. 8) fui *R*2. uendicet *GR*1. *D*4. *rapβf*1. 2. *a*2. *sgbonπ Kempfer. in lemm.* uendicat *R*2. orti *D*4. *R*2. uenditet horni *Heins. c.* 9) Thyrso *GR*1. *rβf*1. *a*1. *νbod*2. *corr.* tyrso *R*2. Thirso *a*. Tirso *PVD*3. 4. magum *R*1. erant *Ascens. et Heins. cc.* 10) Affuit *R*2. *apβd*2. *ba*2. *s*. pecundum *R*2. 11) quecunque *R*1 *r*. quaecumque *pβ*. quaequnque *R*2. altum *D*1. 2. *PVR*1. (*II*?) *rat ψd*2. *corr. Guid. ex textu fideliori, Tit. ex cdd.* alitum *R*2 *d*2. *pβa*2. *sf*1. 2. *bonπ I, defend. Wernsd.* uagis ales *D*3. auium *Barth. c. prob. Kempfer.* Et quodcunque u. altum *Vlit. c.* aethera *V*. 12) amosa quic. *III.* quicumque *pβ*. quiqunque *R*2. laetas *Tit. ex uet. exemplari.* 13) *post hunc u. add. a*2. *s. uoc.* Nemesianus.

Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades udo,
15 Et tenuere suos properantia flumina cursus.
Desistunt tremulis incurrere frondibus Euri,
Altaque per totos fecere silentia montes.
Omnia cessabant, neglectaque pascua tauri
Calcabant: illis etiam certantibus ausa est
20 Daedala nectareos apis intermittere flores.
Iamque sub annosa medius consederat umbra
Thyrsis, et, o pueri, me iudice pignora, dixit,
Irrita sint moneo: satis hinc mercedis habeto,
Si laudem uictor, si fert opprobria uictus.
25 Et nunc alternos magis ut distinguere cantus
Possitis, ter quisque manus iactate micantes:
Nec mora, decernunt digitis, prior incipit Idas.
I. Me Siluanus amat, dociles mihi donat auenas,
Et mea frondenti circumdat tempora taeda.

---

14) Adffuerunt *R* 1. Affuerunt *rapβa* 2. *sgb*. Adfuerant *D* 1. *d* 1. 2. *νψ*. Affuerant *ΠR* 2. nayades *R* 2. *Ga*. Naides *III. IIII. Beck.* ubo *Π.* 16) fontibus *D* 2. 17) pertotos *R* 1. egere *Burm. c.* montis *R* 1. *raf* 1. *bo*. monteis *πI. II.* 18) neglectaque pascua tauri Calcabant, *et uoc.* etiam *om. PVD* 3. 4. *GR* 1. 2. *rd* 1. 2. *aβbo. Et integra scriptura et post illam manca exstat in p. Guid. ex cdd. fidelioribus tollenda censet uerba, quae omissis illis supersunt, respiciens ad p. Titius quoque ob oculos habuit libros, qui illis carerent.* 19) illis tiam *f* 1. cantantibus *D* 3. 20) intermiscere *P.* interuisere *VR* 1. *ra, Guid. ex aliqq. exemplaribus.* floris *R* 1. *rabo.* solis *G.* 21) iam sub *Π.* annosa m. c. umbra *D* 1. *II. Burm. c.* annosa *Gπ I. II. III.* umbrosa *PVrapβf* 1. 2. *sqq. νbo.* umbra . . . med. *in marg.* arborea *D* 4. subumbrosa *R* 1. 2. sub herbosa *D* 3. umbra *PD* 2. 3. *R* 2. *d* 1. 2. ulmo *rell. uti uulgo.* 22) *post u. seq. collocatus in a.* Thyrsus *R* 1. *rpβbo.* Ḫyrsus *R* 2. Thirsus *a.* pignera *D* 4. dicit *P.* dixit *D* 2. [dicit *D* 1. 2. 4. ??]. 23) Inrita *R* 1. *r.* Irrira *d* 2. (t *corr.*) satis hic *D* 1. *ex hoc conieci* hinc: hac *H.* hoc *uulgo.* habento *D* 2. habere *d* 1. habete *d* 2. (o *corr.*) habete *Kempfer c. probb. Burm. et Wernsd. recepit Beck.* 24) obprobria *R* 1. *rd* 2. *pβ.* oppr. uictor *V.* 26) Possimus *Burm. c.* terquinque m. iactante *R* 2. iactare *ΠGR* 1. *d* 1. 2. 27) *om. hic u. in R* 2. decernunt digitis *D* 1. *Hd* 1. 2. *Gronou. Obss.* 3, 13. *coni.* discernunt digitis *VGR* 1. *raf* 1. *a* 1. *νbo π rell. Guid. ex antiq. et sinceris cdd. Tit. ex cdd. prob. Mod.* discreuit digitus *D* 3. *Mpβa* 2. *sqq. f* 2. discernit digitus *Tit. in lemm.* 28) Syluanus *a* 2. *s.* 29) circundat *R* 1. 2. *rapf* 1. *ba* 2. *s.* circumdant *P.* teda *R* 2. taenia *Heins. c.* pinu *Burm. c. ita ut u.* taeda sit

Ille etiam paruo dixit mihi non leue carmen: 30
Iam leuis obliqua crescit tibi fistula canna.
A. At mihi Flora comas parienti gramine iungit,
Et mihi matura Pomona sub arbore ludit.
Accipe, dixerunt Nymphae, puer, accipe fontes:
Iam potes irriguos nutrire canalibus hortos. 35
I. Me docet ipsa Pales cultum gregis, ut niger albae
Terga maritus ouis nascenti mutet in agna,
Quae neque diuersi speciem seruare parentis,
Possit, et ambiguo testetur utrumque colore.
A. Non minus arte mea mutabilis induit arbos 40
Ignotas frondes et non genitalia poma.
Ars mea nunc malo pira temperat, et modo cogit
Insita praecoquibus subrepere Persica prunis.

---

glossema: u. taeda *ex Plin. N. H.* 16, 10. *contra Scaliger. defend. Gronou. Obss.* 3, 13. 30) Ille ceram *Π.* paruo hoc dixit *uulgo.* hoc *om. D*1. (*Π*?), *prob. Heins. eiecit Beck.* 31) crescat *D*1.*Π*, *prob. Heins.* h fystula caima *R*2. 32) Et mihi *PVD*2.4.*GR*1.2.*rd*2.*apβa*2.*f*2.*bo.* flore *PVD*2.4.*GR*1.2.*Πr.* pienti *D*4. pallenti *Rooy Spicil. crit. c.* 17. p. 111. *coni. recepit Beck.* ridenti, uarianti, uernanti, roranti *Heins. c. fortasse latet epitheton ad u.* mihi *pertinens.* iungit *D*1.*H, Tit. c. prob. Wernsd.* pingit *Π.* spargit *uulgo.* 33) mihi matura *bo, prob. Burm. et Wernsd.* matura mihi *uulgo.* matuta mihi *a.* poma *D*1. pemmena *R*2. peramoena *D*2.*Gd*1.2.*na.* peramaena *VD*4. peramena *R*1. per amona *r.* mihi amena *P.* sub ardore *Π.* 34) nymphe *R*1.*r.* nynphae *d*2. Nimfae *I.* fontes *D*1.2.3.4.*ΠPR*2. *Tit. alicubi inuenit.* fontis *VGR*1.*ra d*2. *adscr.* fonteis *Guid. ex sinceris cdd.* fontem *uulgo.* 35) Iam potes i *ab initio fuisse uid.* *D*1.*H, prob. Burm.* Nam potes *uulgo.* irriguos *D*1. erriguos *R*2. irriguis *uulgo.* nutrire *HM*(*Π*?) *cdd. Titii f*1.*ν a*1.*π rell.* mutare *D*2. *R*1.2.*rd*1.2.*apβa*2.*sqq.f*2.*bo. defend. Martell. qui et coni.* maturare (?!). mutare . . . alibus ortos *D*4. ortos *R*2. ortus *D*1. *cdd. Titii, non improb. Martell.* 36) ubi n. albe *Π.* 37) nascente *d*2. mutat *D*4. *d*2. mutat magna *R*2. 38) que *R*1.2.*rβ.* ueque *p.* spciem *β.* 39) utrunque *R*1.2.*ra*2.*sb.* utrinque *d*1. utrimque *d*2. calore *pβ* (*Guid. in Comm.* colore) *a*2*s.* 40) mut abilis *p.* mirabilis *Π.* induis *a*1.*ν.* indicis *α.* 41) Ingnotas *R*2. genitalia *D*1.*R*1.2.*Πrafl.νa*1.*bπI.II. Guid. ex antiq. lectione, Titiusque agnoscit.* gentilia *rell. a Burm. recept.* 42) pyra *R*1.*r.* 43) precoquibus *R*1.*r.* praecocibus *ao, recepit Beck.* praecocibus *b.* precocibus *R*2. surrepere *f*1.*πI.* primis *R*2.

I. Me teneras salices iuuat aut oleastra putare
45 Et gregibus portare nouis, ut carpere frondes
Condiscant, primoque recidere gramina morsu,
Ne depulsa uagos quaerat foetura parentes.
A. Et mihi cum fuluis radicibus arida tellus
Pangitur, irriguo perfunditur area fonte,
50 Et satiatur aqua, succos ne forte priores
Languida mutata quaerant plantaria terra.
I. O si quis Crotalen deus afferat, hunc ego terris,
Hunc ego sideribus solum regnare fatebor.
Decernamque nemus, dicamque, sub arbore numen
55 Hoc erit: ite procul, sacer est locus, ite profani.
A. Vrimur in Crotalen: si quis mea uota deorum
Audiat, huic soli, uirides qua gemmeus undas

---

44) taeneras *b.* 45) nouis, ut *D* 1. 4. *R* 2. *II.* nouas ut *uulgo.* 46) condiscat *Voss. ad Virg. Ländl. Ged. I. p.* 139. *coni.* reciderunt *D* 2. 47) He *R* 1. Nec *R* 2. *a b o, Kempfer. in lemm. Voss. l. a. coni.* querat *R* 1. 2. *r.* fetura *R* 2. feitura *P.* factura *II.* uagas *Scaliger et Voss. cc. recepit Beck.* parenteis *I.* 48) furuis *aut* uulsis *Burm. c. posterius recepit Beck.* arrida *β.* altera tellus *P V D* 4. *G R* 1. 2. *r a b o d* 2. *adscr. Vlit. prob. recepit Beck. ob ν oc.* mutata. 49) Pangitur *D* 1. *f* 1. *ν a* 1. *afferunt Tit. ead. m. corr. et Scaliger, neque Burm. displic.* Panditur *uulgo.* irriguo prefunditur aera *R* 2. 50) saciatur *R* 2. *p. in hac ed. ad hunc u. add.* Id. *u.* 54. Ast. *contra om. u.* 56. Ast. *u.* 60. Id. prioreis *I.* 51) querant *R* 1. 2. *r.* quaerat *P.* plantaris *d* 2. paritaria *R* 2. 52) siquis *R* 1. 2. *r f* 1. crotalem (n *corr. ead. m.*) *R* 1. Crotalem *f* 1. crocalen *d* 2. *a* 2. *s f* 2. *uti recentiores* Deus afferat hunc ego terris *inde a Burm.* crocalem *R* 2. talem deus *II.* si quis mea uota deorum *R* 1. (*ex u.* 56.). 53) ego *om. D* 1. *II.* syderibus *R* 1. 2. *r a p β a* 2. *s.* 54) Dicam namque (nanque *R* 1. 2) nemus *P V D* 4. *G R* 1. 2. *r a p β f* 1. 2. *a* 1. 2. *sqq. b o, recepit Beck.* Decernamque *π I. II. III. IIII.* secernamque *Gronou. Obss.* 3, 13. *coni. fortasse* Discernamque. 55) Hoc erit *libri omnes* (Hac erit *II*?). (sub arb. num. Hac erit) ite *sqq. Vlit. c. hinc sine dubio attulit* Hac *Gronou. l. a.* 1, 13. *recepit Beck.* prophani *R* 2. *d* 2. *p β a* 2. *s f* 2. *o.* 56) crotalem *f* 1. crocalen *d* 2. *a* 2. *f* 2. crocalem *R* 2. Crotale *Heins. c.* Crocale *Mod. c.* siquis *R* 1. 2. *r a f* 1. 2. *IIII.* quisquis mea *Kempfer. c.* 57) huic soli *R* 1. *r a f* 1. *a* 1. *b o π* (*II*?) *Guid. ex uet. cd. affert Tit.* huic solidi *ν.* huic similis *D* 2. 4. *R* 2. *d* 2 (solo *adscr. in hac*). *p β a* 2 *sqq. f* 2. hic similis *aut* hic solus *Gronon. l. a.* 3, 13. *coni.* Huic soli lucus, qua *Burm. c.* uiridis *G R* 1. *r a b o d* 2. *adscr.* uirides etiam *R* 2. quā gemeus *R* 2.

Fons agit, et tremulo percurrit lilia riuo,
Inter pampineas ponetur faginus ulmos.
I. Ne contemne casas et pastoralia tecta: 60
Rusticus est, fateor, sed non et barbarus Idas
Saepe uaporato mihi cespite palpitat agnus,
Saepe cadit festis deuota Palilibus agna.
A. Nos quoque pomiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias et fingere liba Priapo, 65
Rorantesque fauos damus et liquentia mella:
Nec fore grata minus, quam si caper imbuat aras.
I. Mille sub uberibus balantes pascimus agnas,
Totque Tarentinae praestant mihi uellera matres.
Per totum niueus premitur mihi caseus annum: 70
Si uenias, Crotale, totus tibi seruiet hornus.

---

58) praecurrit *G.* 60) Id. *om.* $p\beta$. Nec contemne *a*, *Guid. in lemm.* con temne *R* 2. cas s *a*. 61) est (*priore l.*) *om. P.* sed non et *D* 1. 2. *prob. Heins.* sed non est *uulgo.* iddas *R* 2. 62) sepe (*uti u. seq.*) *R* 2. *r.* 63) *deest hic u. in d* 1. 2 (*in hac adscr. uti uulgo*). *n c, eiusque loco exstat hic:* Perfundens aras diuorum sanguine largo. — deuecta *g.* Palibus *P.* parilibus $\Pi\pi II$, *defend. Martell.* 64) Nosque *R* 1. Hos quoque *R* 2. orti *R* 2. hortis *D* 3. 65) fingere *cdd. Titii*, $t\pi$ (Π?), *affert Guid. praefer. Martell. et Mod. et Casaub. ad Sueton. Aug.* 4. figere $p\beta a$ 2. *sqq.* *f* 2. fundere *P V R* 1. 2. *cdd. Titii*, *r a f* 1. νa 1. *b o d* 2. *adscr. Guid. coni.* fondere *D* 4. farrea liba *M d* 1. 2. *n*, *affert Barth.* libra P. uina *D* 4. 66) Rorantisque fauos *a b o.* Roranteisque fauos $M\pi I. II.$ *Martell. c.* Portantesque fauos *d* 1. 2. *n.* Rorantes fagos $p\beta a$ 1. 2. *sqq.* νf 2. Rorantis fagos *R* 1. *r f* 1. *d* 2. *adscr.* Rorantes fagus *D* 4. *R* 2. atque liquentia *d* 1. 2. *n.* 67) Nec fore *D* 4. *R* 2. *d* 2. $np\beta f$ 1. *sqq. a* 2. *sqq. b* $o\psi$, *defend. Barth.* Nec fere *V D* 2 *G R* 1. *r d* 2. *adscr.* Nec fero $M a\pi I$. Nec sunt *D* 1. Π. *fortasse* stant. Nec fors *Heins. c.* Nec fert (*Priapus*) *Burm. c.* carpere *R* 2. 68) balantes *H D* 2. (Π?) *a* 2. *sqq. f* 2. *b o*, *Barth. et Heins. restit.* ballantes $p\beta$. palantes *Tit. affert.* palantis *R* 1. *r f* 1. palanteis *G* νa 1. $\pi I. II.$ pallantes *Guid. ex antiq. cd.* pallantis *V a.* palentes *R* 2. pallentes *D* 4. *d* 1. 2. 69) tarentine prestant *R* 1. 2. *r.* praestent *f* 2. (*a Tit. corr.*) uellera *D* 2. *R* 1. *r d* 2. $ap\beta f$ 1. 2. *a* 2. *s b o.* uelera *R* 2. uellere $\nu\pi I$, *affert Kempfer.* 70) niueius *R* 2. nineus *a.* 71) uenias (Π?) *a b* $o\pi$ *rell.* Siuenies *R* 2. uenies *P V D* 2. 3. 4. *G R* 1. *r d* 2. $p\beta f$ 1. (*seqq.*). 2. *a* 2. *sqq.* tibi *D* 1. 2. 4. *R* 1. 2. *M r a d* 1. 2. *a* 1. *b* $o\pi$ *rell.* mihi *P* $p\beta f$ 1. 2. *a* 2. *g t* ψ seruiat Π. hornus *Guid. ex integra lectione, Tit. ex quibusd. cdd.* (Π?) *f* 1. νa 1. π *rell.* ornus *V G* 1. *r d* 2. *adscr.* ortus $a\beta$. hortus *b o.* annus *D* 4. *R* 2. *d* 2. *p a* 2. *f* 2. *g.* annis *H D* 2. 3. totum t. s. hornum *aut* foetus t. s. hornus *Burm e.* crocale *R* 2.

A. Qui numerare uelit, quam multa sub arbore nostra
Poma legam, citius tenues numerabit arenas.
Semper olus metimus, nec bruma, nec impedit aestas:
75 Si uenias, Crotale, totus tibi seruiet hortus.
I. Quamuis siccus ager languentes excoquat herbas,
Sume tamen calathos nutanti lacte coactos:
Vellera tunc dabimus, cum primum tempus apricum
Surget, et a tepidis fiet tonsura Kalendis.
80 A. Et nos, quos etiam praetorrida munerat aestas,
Mille renidenti dabimus tibi cortice chias,
Castaneasque nuces totidem, cum sole Decembri
Maturis nucibus uirides rumpentur echini.
I. Num, precor, informis uideor tibi? num grauis annis?
85 Decipiorque miser, quoties mollissima tango

---

73) arenas *V G|Π R* 1. 2. *r f* 1. *ν a* 1. *π d* 2. *adscr. Guid. ex antiq. cd. Tit. ex quibusd. cdd.* [*D* 1. 2. 4.? *nam*] aristas *D* 3. *uti uulgo.* harenas *a b o.* s *ead. m. corr.* auenas *Burm. c.* 74) *om. hunc u. R* 2. holus *a.* metimur *R* 1. nec prima *Π.* estas *r.* aestus *affert Kempfer.* 75) uenias (*Π*?) *r a f* 1. *b o π rell.* uenies *P V D* 2. 3. 4. *G R* 1. 2. *d* 2. *p β a* 2. *s f* 2. seruiat *Π.* ortus *R* 2. *p.* 76) *ead. m. corr.* Quanuis *R* 2. Quanus *R* 1. Et cum *Kempfer. in adnot.* languentis *R* 1. *r a b o.* languenteis *I.* ex^{co}quat *R* 2. 77) Sume terra calathos *D* 1. sume e *corr.* *D* 2. 3. *G r a b o s, Barth. c. Kempfer. prob.* sum̄e *R* 1. sumo *d* 2. sumo *f* 1. 2. *a* 2. *π.* summo *P R* 2. *p β. Ex D* 1. *coniici potest:* Interea calathos (sume *eiectum:* damus *ex seq.* dabimus *intellig.*) n. l. coactos, Vellera *sqq.* calatos *R* 2. *β a* 2. *s I.* calataeos *f* 2. mutanti *P p, Guid. affert.* mictanti *ead. m. corr.* l. coactos *R* 2. nutantes *aut* sudantes l. coacto *Burm. c.* 78) cumprimum *r.* 79) surget tons. *V G R* 1. *r.* Klendis *R* 1. 2. Calendis *f* 1. 2. *a* 2. *s o.* 80) At nos *H Π.* pretorrida *R* 1. *r.* praetorida *p β.* muneat *D* 3. numerat *R* 2. mimerat *D* 4. estas *r.* 81) renidenti *M* (*Π*?) *f* 1. *ν a* 1. *π, affert Tit. restit. a Guid. et Martell.* renitenti *G R* 1. 2. [*cdd. Titii*?] *r a p β a* 2. *s f* 2. *b o, et rell. omn. sec. Wernsd.* retinenti *V, Palm.* [*erii cd.*?]. redm̄ti *H.* thias *D* 2. thilas *P V G R* 1. 2. *r d* 1. *Palm.* [*cd.*?] thillas *d* 2. tillas *D* 3. thylas *Guid. ex quibusd. cdd.* thalas *a.* cymas *H Π.* telas *Guid. c.* 82) canasteasque *Π.* totidemque *D* 3. sole Decembri *D* 1. sole Nouembri *uulgo.* 83) echinni *V D* 4. *R* 1. *r a.* ednimis *R* 2. 84) Nun precor *R* 2. Nunc precor *Π.* num pre.... inf. *D* 4. non grauis *Π.* annis *R* 1. 2. (*Π*?) *r d* 2. *a f* 1. *ν a* 1. *b o π rell.* an nun *p.* an num *β a* 2. *s.* annum *f* 2. 85) Decipior miser quot. *f* 1. Decipior miser o quot. *ν ψ.* Deci-

Ora manu, primique sequor uestigia floris
Nescius, et gracili digitos lanugine fallo?
A. Fontibus in liquidis quoties me conspicor, ipse
Admiror toties: etenim sic flore iuuentae
Induimur uultus, ut in arbore saepe notaui 90
Cerea sub tenui lucere Cydonia lana.
I. Carmina poscit amor, nec fistula cedit amori:
Sed fugit ecce dies, reuocatque crepuscula vesper.
Hinc tu, Daphni, greges, illinc agat Alphesiboeus.
A. Iam resonant frondes, iam cantibus obstrepit arbos: 95
I procul, o Doryla, primumque reclude canalem,
Et sine iamdudum sitientes irriget hortos.
Vix ea finierant, senior cum talia Thyrsis:
T. Este pares, et ob hoc concordes uiuite, nam uos
Et decor et cantus et amor sociauit et aetas. 100

---

pietque miser *D* 4. *R* 2. Decrepitusque miser *VGR* 1. *rabod* 2. *adscr.* decrepitus *affert Guid. ex antiq. cdd.* decipiorne *Heins. c.* quotiens *R* 1. 2. *rap.* molissima *R* 2. *d* 2. nobilissima *D* 4. 87) fragili *VR* 1. *rabod* 2. *adscr. prob. Gronou. Obss.* 4, 22. 88) Montibus *D* 2. quotiens *R* 1. 2. *rapβa* 2. *s.* compiscor *pβ.* ipse *Md* 1. 2. *f* 1. *va* 1. *π. Martell. ex Titii libris, Tit. affert ad Ecl.* 9, 74. esse *ΠD* 2. 3. *GR* 2. *rpβa* 2 *sqq. f* 2. *bo.* ee *D* 4. *R* 1. ecce *Burm. c.* 89) Admitor *R* 2. totiens *ΠR* 1. 2. *rap.* et enim *R* 1. 2. *rpf* 1. iuuente *R* 2. *r.* 90) Induimus *libri omnes:* Induimur *Heins. c. cf. Ecl.* 9, 79. *recepit Beck. Idem tanquam ex Vlitii coni. affert Kempfer.* uoltus *rabo.* sepe *R* 2. 91) Caerea *d* 2. *apβf* 1. 2. *a* 2. *so.* cidonia *R* 2. sidonia *P.* 92) caedit *f* 1. sistit amori *VGR* 1. *Guid. ex aliquib. cdd. rd* 2. *adscr.* Carm. nec poscit nec f. sistit amori *a.* Carm. spernit a. neque f. flectit amorem *bo.* 93) reuocat crep. *D* 4. *R* 2. *d* 1. *p.* 94) dampni *R* 2. damni *P.* agit *s.* uocet *D* 3. uocat *PVD* 2. 4. *R* 1. 2. *r d* 2. *a.* Alphesibeus *ab.* alphisibeus *R* 2. 95) A. *om. R* 1. *rabo, in d* 2. *oblitt.* resonent *d* 2. cratibus *VGR* 1. *rd* 2. *adscr.* obtrepit *pβ.* arbor *Π.* 96) Hic procul *Π.* Hac procul *H.* Dorila *D* 1. 2. 3. Dorida *R* 1. *rad* 2. *pβf* 1. 2. *a* 2. *sbo, uti uulgo.* Dirida *PVD* 4. *R* 2. Doricla *Heins. c.* Doryla (*Π*?) *Burm. restit. Beck. recepit.* recluce *o.* canale *D* 1. 97) Ast. *add. R* 1. *rd* 2. *adscr.* iam = dudum *R* 1. iam dudum *R* 2. iandudum *ba* 2. sitientis *R* 1. *r.* ortos *R* 2. 98) Poeta *add. R* 1. *rabo.* finierat *VG R* 1. 2. *rava* 1. *bo.* quom *R* 1. *r.* tum *bo.* thytsis *β.* Thyrsus *R* 1. *rbo.* thirsus *a.* tyrsus *R* 2. 99) TH. *add. va* 1. Poeta *d* 2. *adscr.* Ite pares *Burm. c.* pareis *I.* ab hoc *VR* 1. abhoc (= abhinc) *r, prob Vlit. recep. Burm. et Beck.* nam nos *d* 1. *c.* 100) sotiauit *r.* etas *R* 2. *r.*

Ecloga III.

IOLLAS. LYCIDAS.

I. Numquid in hac, Lycida, uidisti forte iuuencam
Valle meam? solet ista tuis occurrere tauris,
Et iam paene duas, dum quaeritur, eximit horas:
Nec tamen apparet. Duris ego perdita ruscis
5 Iamdudum nullis dubitaui crura rubetis
Scindere, nec quidquam post tantum sanguinis egi.
L. Non satis attendi, neque enim uacat. Vror, Iolla,
Vror, et immodice: Lycidan ingrata reliquit
Phyllis, amatque nouum post tot mea munera, Mopsum.
10 I. Mobilior uentis o femina: sic tua Phyllis?
Quae sibi, nam memini, si quando solus abesses,
Mella etiam sine te iurabat amara uideri.
L. Altius ista querar, si forte uacabit, Iolla:

Desinit certantium emulatio et conciliatio incipit. Ecloga III[a]. Interlocutores duo Iollas (*ita ubique*) et Lycidas *R* 1. *r*. Aegloga tertia in genere dramatico Interlocutores duo Iollas et Licydas *a*. Iollas *praeterea VGD* 4. *d* 1. (*ubique omnes*). Yoll. *Π*. Iollas *recepit Beck*. Iolas *uulgo*. Iolas et Licidas *d* 2. Iolas et Lycidas *b*. Exoratio *praefig*. *f* 1. *π rell. usque ad Wernsd*. 1) I. *om*. *R* 1. Nunquid *R* 1. 2. *rd* 2. *apβa* 2. *sbοπ*. licida *Π*. ualle iuuencam Forte meam *D* 4. *V* (*in hoc corr.*) 2) ista *D* 1. illa *uulgo*. *ead m. corr.* solet occurere *R* 2. 3) pene *R* 1. 2. *d* 2. *f* 1. 2. *pβa* 2. *sbοπ*. poene *ra*. tuas *P*. queritur *R* 1. 2. *rb*. 4) Hec *D* 2. 4. apparet duris eho (= *heu*?) p. ruscis. Iamdudum sqq. *Vlit*. *c*. tuscis *D* 4. *R* 2. 5) Iam dudum *R* 2. *pf* 1. Iandudum et *bo*. et nullis *uulgo*. et *om*. *ΠVR* 1. 2. *rαπ I. III. d* 2. *oblitt. prob. Vlit*. nullus *Heins*. *c*. cura rub. *a*. 6) ne quisquam *Π*. quicquam *R* 1. 2. *rpa*. 7) iolla *R* 1. nec enim *R* 2. yolla *R* 2. *d* 2. 8) Vxor *s*. in modice *R* 2. *d* 2. *p*. immodice Lycidan ingrata *Barth*. *coniungit*. Lycidam *R* 2. *dpβa* 2. *sf* 1. Lycidamque *abo*. 9) Phillis *R* 1. 2. *rab* (*uti u. seq.*). Philis *pβ* (*uti u. seq.*). mea *om*. *P*. mea uulnera *VD* 4. *GR* 1. 2. *Guid. ex antiq. cdd. abo d* 2. *adscr. Tit. affert*. 10) Io. *om*. *f* 1. ὦ fem. *d* 2. est femina *D* 4. 11) que *R* 1. 2. *r*. siquando *rf* 1. ab esses *R* 2. 12) iurabar *d* 2. 13) alterius ista querat *Π*. queras *R* 2. quaerar *d* 2. si forte *D*. 1. 2. 3. *R* 1. 2. *Guid. ex aliquib. cdd*. (*Π*?) *rabod* 2. *adscr*. si quando *rell. uti uulgo* uacabit *VGR* 1. *Guid. ex aliquib. cdd. rad* 2. *corr. probb. Kempfer. et Vlit*. uacabis *D* 4. *R* 2. *pβa* 2. *sqq. bοπ II. Tit. et Barth. cc.* vocabis *ν I*. iolla *R* 1. 2.

Has pete nunc salices, et laeuas flecte sub ulmos.
